

# ANTONII MVSÆ

BRASAVOLI MEDICI FERRARIEN-

SIS IN SEPTIMVM LIBRVM APHORIS-

morum Hippocratis & Galeni, Commen  
taria & Annotationes.



N HOC SEPTIMO APHORISMORVM LIBRO  
multa ab Hippocrate edocentur, & illa quidem adeo distin  
cta, ut certum aliquid dici non possit quod agatur. Tamen  
in ipso nihil fere scriptum est, quin ad prædictoriam par  
tem duci possit, propterea hic uniuersus liber prognosticus  
censendus est. etenim plura quæ in Prognosticorum libro  
ab Hippocrate dicta sunt, referuntur, & idem plerunque re  
petit quod in alijs libris prædictum erat, multosq; superue  
nientes morbos enarrat. Nos uero Hippocratis seriem in  
terpretandam suscipiemus, si prius Galeni præfationem  
exponemus.

G A L E N V S

O M N E S ferè qui antea scripsierunt expositiones aphorismorum, circa initia qui  
dem, ultra id quod utile fuerit, sermonem extendunt, sed in processu remittuntur,  
ita quod primū quidem ad utile tantum progrediuntur, mox citra hoc, & tandem supra  
modum abbreviant expositiones, adeo quod neq; animaduertat plures aphorismos esse  
nothos, & in proposito falsos. Verum ut qui sunt in disputationibus fatigati prompte ad  
omnia annuunt, ita & ipsi omnes admittunt quoscunq; scriptos inuenient aphorismos,  
& ad ultimam uenient in suis expositionibus breuitatē obliiti prioris loquacitatis. Nos  
uero & alias ipsorum absurditates conati sumus euitare, & omnes ex æquo studuimus  
facere expositiones, quæ & ueritatem, & artis intenderent utilitatem, & interpretando  
neq; ad extremam se breuitatem contraherent (Hoc enim libro conuenit non libri expo  
sitioni) neq; ad tantam prolixitatem, quantam illi faciunt in principio expositionū pro  
traherentur. Optimum uero in sermonibus omnibus, quod & seruat mediocritatem in  
una quaç tractatione, hoc à principio usq; ad finem seruare laborauimus.

B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus interpretum quorundam morem arguit, qui in suarum commen  
tationū principijs sermonē suum etiam præter utilitatē extendunt. deinde in progressu  
solum utiliā ponunt. cum mox magis progrediuntur, adeo expositiones abbreviant, ut  
nihil fere in ipsis considerent: nec animaduertant, plures aphorismos nothos esse, alios  
in proposito falsos. Sed hi ita faciunt, ut illi qui in longis disputationibus sunt fatigati,  
hi enim ad omnia annuunt, ita & ipsi omnes admittunt, quoscunq; scriptos inuenient  
aphorismos, & ad ultimā uenient in suis expositionibus breuitatē, cum tamē in princi  
pijs fuerint loquacissimi, nec considerat an sententię sint Hippocrate dignæ, uel nō sint.

Quod legitur adeo quod neq; animaduertant plures aphorismos esse nothos, legi de  
bet quodā aphorismos. græce enim est ὡς μὲν δὲ ὅπις νόθοι ἦν ἀφοευσμῶν ἐστη γνωστοί. id est, A  
deo ut neq; animaduertant quosdam aphorismos esse nothos.

S E C U N D O docet, se expertū esse alias horū absurditates euitare, & studuit omnes  
suis expositiones ex æquo facere, quæ & ueritatem, & utilitatem artis intenderent. ut  
dum interpretaremur, ad extremam breuitatem non ueniamus, quia hoc non conuenit  
expositioni, sed libro, neq; etiam faciamus tantam prolixitatem, quantam illi faciunt in  
principijs suarum expositionum. Nam nos studuimus seruare id quod est optimum, &  
in omni re, & in omni tractatione, scilicet mediocritatē seruare. Hoc igitur & Galenus,  
& nos in nostra commentatione usq; in finem seruare contendemus.

SS

**I**N morbis acutis frigus partium extremarum malum.

## BRASAVOLVS

MORB I acuti breues sunt, ac uehementes, & raro fiunt, quin febrem non intermittentem iunctam habeant. Si quis tali morbo affectus sit, conueniens est totum corpus incalescere, nisi facta sit in uisceribus inflammatio, ad quā sanguis totius corporis fluat, tunc enim extrema sanguine priuata atq; calore manent, sed extrinsecæ partes, ad quas sanguis & humores omnes confluunt, uruntur. unde cum in morbo acuto extremarum partium frigus persentes, de hoc patiente male iudicato, quia opus est magnâ esse in uisceribus inflammatione, & uires imbecillas. Galenus libro tertio in primum Epidemiorum ad hoc propositum dicit, extremonum frigus à morbi initio, simul cum uehemetissima febre factū, summe perniciosum est iudicari. sed hoc ferè idem in nō intermitte febre ab eodem Hippocrate aphorismo quadragesimo octauo quarti libri scriptū est, nam qui in febribus non intermitibus, exteriores partes frigidas habēt, necessarium est, ut interiores habeat calidas, & siti premantur, quod experientia constat. nam extrinsecæ partes frigide persentientur, præsertim extrema, sed intus ipsi dicunt persentire ustionem & calorē uehementissimū. Celsus quoq; lib. secundo ca. octauo in fine, ubi de notis que in quoq; morbi genere, uel specie pericula ostendunt, inquit periculum mortis esse, si in magno dolore extremae partes frigeant, & in fine decimiquarti capitil eiusdem libri dicit: in malis iam ægrum esse testatur, ubi exterior pars corporis friget, interior cū siti calit. immo & ipse Hippocrates uigesimo sexto huius libri aphorismo de particulari morbo acuto agens dicit, in fortī dolore uentris partium extremarum frigiditas malum. Galenus uero in eodem loco aphorismi causam facit, magnam in uisceribus inflammationem. Immo & Celsus lib. secundo ca. quarto de malis ægrotantiū signis uerba solū faciens nō dicit malū esse si extrema frigeat, & intrinsecæ sint calida, sed & è contrario si extrema calida sint, & uentre, atq; latera frigeat. eius uerba hęc sunt; mali etiā morbi signū est, nimis celeriter emacrescere, caput, & pedes, manūsc̄ calidas habere, uentre & lateribus frigentibus, aut frigidas extremas partes acuto morbo urgente.

Philotheus uero hic dicit πάντα τὸ γενομένῳ φρίζει γένεται. idest, de superuenientibus disputationi. de his uero ipse in præcedenti libro differuit, & ea τετραχῶς. idest, quadrupliciter dici exposuit.

Ἐν πολυ ὅδεισι γενομένῳ φρίζει γένεται. idest, In morbis acutis. ] In illis inquam qui cum febre sunt, immo & Philotheus febres ipsas acutas intelligit, inquiēs, οὐτοῦ τις τοῦ φριζοῦ τοῦ φριζοῦ πυρετός, καὶ ἀδι τέττα σύμπτωμα, στρογγύλης ἀκρωτυείων. idest, hic igitur supponit morbum, qui est febris acuta, & in hac symptomata, quod est extremitatum frigus. Tuq; per morbum acutum illum intellige, qui uehementis est, & qui saeva habet symptomata, uel dolorem, uel anxietatem miram.

Φρίζεις ἀκρωτυείων. idest, Frigus partium extremarum. ] Philotheus ita exponit frigus partium extremarum, τοτέσι διακρύλων, ἔινός, ὥτων, καὶ ἀπλῶν τῷ μολέων μοελῶν αὐτῷ φριζαὶ ἀτίας, idest, hoc est digitorū, narium, aurū, & simpliciter superficialiū partium sine manifesta causa, nam si manifesta causa adesset, ut si aqua frigida se abluisse, aut in loco frigido & detectus permanisset, nō esset adeo malū. Sed cū Recentes dicunt frigus hoc priuatiū esse, nos illud facimus, & uerū, & positivum frigus, ex caloris defectu factum. nam & hic imbecillis est, & calor naturalis simul cū sanguine & spiritibus intus ad inflammationem retractus est, uel ad dolorem, quando dolor ob aliam causam, quam sit ipsa inflammatione, adfuerit.

Κακόν, idest, Malum. ] Quia significat uirium defectum, & morbi intensionem. unde & Philotheus dicit, κακόν διν καὶ οὐθέτεον, οὐλότης γέρας ἀδύνατος τὸ εὐφυτον θρημόν. idest γέρας πυρετός καὶ τυσθεννεγμ αὐτῷ, οὐ φλεγμονή ἀφίσταγε τὸ οὐταν καὶ τὸ γαστρί, οὐτος τὸ στοματικόν εἰλει τὸ άμμα πθει ἐιστον, καντσύθηται πεπόνται τὰ ἄκρα Φύχης ται. idest, Malū & perniciōsum, ostenditur enim naturalem calorem imbecillum esse, febris etenim ipsum restinguere nouit; uel inflāmatio memorabilis in iecore & uentriculo, quæ seruore more curbitulæ

cucurbitula sanguinem ad se ipsum trahit, & ideo extremæ partes derelictæ infrigidantur. Scito autem de hac extremorum frigiditate, quandoq; dicit ab Hippocrate malum quan dog; letale, quicquid uero dicatur, nihil refert. quoniam & cum letale dicit Hippocrates, necessario mori non intelligit, ut in quarto libro Galenus bis docuit.

## G A L E N V S

**I**N morbis diuturnis, qui præsertim sunt sine febre, & hyeme, & ætate senili partes extre mas corporis, ueluti nares, aures, pedes, & extre mas manus frigidas fieri nihil absurdum. Non tamē in acutis est mediocre malum, sed casus satis exitialis, quod magnis accedit uiscerum inflammationibus. Acutos autem ipse ait uocari morbos quorum fe bres magna ex parte continua sunt, in quibus cum fuerint sine magna inflammatione, ne dum extre ma frigescere, sed exuri contingit. Cum uero inflammationis calor adeo uehemens fuerit, ut ad se trahat per modum cucurbitula ex toto corpore sanguinē, his qui ita se habent uiscera peruruntur. Extremæ autem partes frigescunt propter defectum sanguinis ad uiscera se recipientis, & eorum pleriq; neq; tegumenta tolerant propter incendium quod in uiscere sentiunt.

## B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet, in diuturnis morbis, præsertim qui sine febre sunt, non esse absurdū in hyeme, & ætate senili extre mas partes, hoc est nares, aures, pedes, & manus frigidas fieri, propterea ab Hippocrate non ab redictum est, in acutis morbis.

**S E C U N D O** docet, hoc in acutis non esse mediocre malum, sed symptoma exitiale, nam istud in uehementissimis uiscerum inflammationibus contingit.

**V**bi legitur, Quod magnis accedit uiscerum inflammationibus, legendum est quod uehementissimis accedit uiscerum inflammationibus. nam græce dicitur φλεγμονῶς σφοδρότατος καλάγχων ιδηγινόμενος.

**T E R T I O** docet, ab Hippocrate illos uocari morbos acutos, qui ut plurimum ha bident febres non intermitentes simul annexas, in quibus etiam si inflammatio nō sit magna, non solum non frigent extre ma, sed peruruntur.

**Q V A R T O** docet, cum accidat inflammationis calorem adeo uehementem fieri, ut ex se sanguinē ex toto corpore ueluti cucurbitula trahat, his uiscera peruruntur, & extre mas partes frigescunt ob sanguinis defectum, qui ad uiscera se recipit, & ex his aliqui neq; tegmēta tolerare possunt, ob incendiū, quod in uiscere est. Adde, naturā ad locum illum dolore affectū sanguinem & sp̄itum transmittere, etiā si locus ille nō attraheret, ut malo occurrat. Adde, uires ipsas, quæ tunc necessario imbecillæ sunt.

**I**N osse ægrotante caro liuida malum est.

## B R A S A V O L V S

**I**N humano corpore ossa omnia carne coniecta sunt, præter dentes. Si igitur os egreditur, & caro que os tegit liuida effecta sit, malum est. Nempe significat in osse putrefactio nem esse pessimam, & naturalis caloris quandam ueluti extinctionem & defectum.

**E**t ὁ στέπων οὐρανῷ, idest, In osse ægrotante.] Quæcūq; sit illa ossis ægritudo, uel fractio, uelputredo, uel simile quid. Celsus capite secundo octauo libri de omnibus ossium ægritudinibus hæc dicit, Omne autem os ubi iniuria accessit, aut uitiatur, aut finditur, aut frangitur, aut foratur, aut colliditur, aut loco mouetur. Id quod uitiatum est, primo ferè pingue fit, deinde uel nigrum uel cariosum.

**Σ**αρξ πελιστὸν, κακόν, idest, Caro liuida malū.] Nisi ossa fracta sint, uel collisa, uel scissa, uel à suo loco dimota, nihil aliud potest ipsis contingere, quin & carni contingat, & prius caro fuerit male affecta: uel raro est quod ossa putredine afficiantur, nisi ortū habuerint à carne. unde & à Celsō prædicto loco dicitur, quæ supernatis graubus ulceribus aut fistulis, hisq; uel longa uetusitate, uel etiam cancro occupatis, eveniunt. Cum ergo os male affectum est, & superiore carnem liuidam uideamus, signū est putredinis, &

naturalis caloris defectus, & putredinis etiā ossis effatu dignet: quia opus nos intelligere carnē ratione ossis liuidam effectā esse, & nō ratione propria, nec etiā ab extrinseco, ut à percussione, uel à re aliqua simili. & ideo hoc malū est, quia malā putredinē in os signifcat, & etiam talem, quae carnem putrefescere faciat, postea ē contrario caro in os reaget, & os ipsum magis putrefieri faciet, quām si ex se ipso corruptionem haberet. Philotheus malum esse dicit, quoniam οὐλὴ των σθετού ἀπόφυσις γίνεται θρηματίας, καὶ πάντας εἴναι τὸ νόσου. idest, declaratur hic caliditatis secundum naturam extincio, & morbum mali habitus esse. Scito etiam multa alia esse signa, quibus deprehendi potest, os corruptū esse, uel quae mala sint in osse corrupto, ut sunt loci fetor, nimia carnis molitiae, sensus in carne luperiori, uel ablatus, uel hebetior redditus. Celsus octauo libro capite secundo in hoc casu hęc dicit: oportet autem ante omnia os nudare ulcere exciso, intellige uero totum illum liuorem esse hulcus. postea sequitur: & si latius eius uitium est, quām hulcus fuit, carnem subsecare, donec integrum os undiq; pateat, de liuido colore in quarto libro egimus, is est qui plumbo assimilatur.

## G A L E N V S

**N**O N enim in medio cribus ossium lęsionibus, sed fortibus putrilaginibus, talis species coloris circumstabilitibus aduenit carnibus, extincio in eis scilicet calore natuuo.

## B R A S A V O L V S

D O C E T in præsentiarum Galenus talem coloris speciem, scilicet liuidam in carne fieri non posse, nisi adsit putrilago uehemens, nam in medio cribus putrilaginibus, & in mediocribus ossium lęsionibus hic color fieri non potest, nec aduenire consuevit, etenim fit in eis extincio calore natuuo, propterea opus est esse magnam putrilaginem, que etiam carnem corruperit, & eius natuum calorem extinxerit. hic uero per colorem pallidum etiā subnigrum intelligimus, & nigrum & uiridem, & omnem breuibus colorē, qui naturalis caloris mortificationem significet.

## A P H O R I S M U S III

**A** uomitu singultus, & oculorum rubor, malum.

## B R A S A V O L V S

s i contingat aliquem euomere, tunc materia, quae in uentriculo sunt, expurgantur. At si post uomitiū singultus, uel fit, uel iam factus perseueret, & simul sit cum oculorum rubore, prauum signum est, nam ex his abscessum, uel in cerebro, uel in uentriculo esse significatur, nempe uomitus materias illas, quae in uentriculo sunt, euacuans, à singultu potius liberare deberet, cum uero hoc non faciat, necesse est aut cerebrum quod est interiorum principiū, aut uentriculum pati non mediocrem inflammationē. At ex horum duorum membrorum passionibus, & singultus fiunt, & circa oculos rubores, tamen hi magis sequuntur cerebri inflammationem, quām uentriculi.

E m̄ εκετῷ λύγ. idest, A uomitiū singultus.] Ac si dicat singultus qui uomitum sequitur, malum est, ut particula ὡς pro post interpretanda sit, non tamē quod sit opus quādo uomit, singultum habere: quia uel habeat, uel nō habeat, modo uomitū sequatur, malum est, unde & Celsus capite quarto secundi libri de malis ἁγροτantium signis agens hunc aphorismū ita refert, multa mali morbi signa afferit, postea hoc addit aut postuo mitum singultū esse, uel rubore oculos, ipse uertit particula ὡς, idest post. Si uero singultus uomitū sequatur, necesse est secundum Galenū, aut cerebrū, aut uentriculum inflammationem pati, propterea malum est. At nos alio etiam modo interpretemur: cum uomitus materias in uentriculo existentes euacuet, conueniens est ut illas excellenter erā cūt, quare uentriculi partes adeo exinanitas relinquit, ut in singultum ex inanitione incident. Cum uero singultus sit conuulsionis species, & conuulsion ex inanitione mortal is sit, etiā singultus hic malus erit, ut totā malitia caufam in id solū referamus, quod fiat ex inanitione conuulsion, & non quod ob repletionem sit facta in uentriculo inflamatio, quae singultum excitet, tamen si more Galeni intelligere placeat, nihil refert. In singultu

singultu etiā ex inanitione oculi rubri fieri possunt ratione cōpassionis. Philotheus hoc modo exponit: οὐδέ τοι λύγε αἴματα πάθει σομάχος ἀλλὰ στραφθεῖσει πόπω. τοῦ γάρ τοι φύτος φύσιν τῆς ποιλότητος τὸ σομάχον ἀνέλγε, ὡς δὲ Φίλιππος φύσιν τῆς ποιλότητος τὸ σομάχον. εἰπεὶ δέ τοι λύγε αἴτιος φύσις αἴκυνθος τοῦ μοεῖτο λεγων δὲ Φίλιππος ποιλότητος, ἀλλὰ κίνησος μόνον, ἥποι τὸν σώσιαν τὸ σομάχον μεταλθεῖν ἀνέλγε. idest, uomitus, & singultus ambo stomachi passiones sunt, sed loco differunt in uomitu enim materia est in ipsa stoma chi cauitate, at in singultu in ipsa stomachi substantia. Si igitur post uomitum singultus superueniat, malum, quoniam à parte nō principali, dico à cauitate, ad principalem partem, scilicet desertur, idest materia in stomachi substantiam transit: propterea inflammationem inducit, uel abscessum, & hoc per se est malum, etiam absq; oculorum rubore, nam à Galeno hoc addi dicitur ut augeatur affectio.

καὶ ὁ φθαλμοὶ ἐρυθροὶ, νεφελοὶ, idest, Et oculi rubri, malum.] Non est autem opus oculos semper esse rubros: sed si sint, malū est. Celsus distinguit dicēs, uel oculi rubri, possunt autem oculi rubri fieri & cum materia, & sine materia, & à causa extrinseca, & ab inti inseca, de quo rubore perplura in tertio li. egimus, cū de lippitudine sermonē habuimus. hīc operet secundum Galenū de rubore intelligere ex tumis eleuatis facto, uel ab inflammatio ne, quæ in uentriculo sit, uel à dispositione, quæ in cerebro sit, inflammationi similis. Philotheus uero sentire non uidetur, quod inflammatio sit aliquo pacto in cerebro, sed ex uentriculo compati cerebrum affirmat, & propreter oculos fieri rubros. eius uerba hec sunt, καὶ μέν τοι ὁ φθαλμοὶ ἐρυθροὶ ἀπογνώμονοι τῶν ἔμετων περού, οἷς οὐκτὸν ἡ γάρ ὁ ἐγκέφαλος οὐδὲ σομάχος φλεγματίνον, οὐδὲ λίπον ἐπὶ τῷ φθαλμῷ. οὐδὲ γάρ ὁ φθαλμός τῷ λίπον τοι τεθύνεται ὡσαύτας ἐρυθροὶ γίνονται. idest, & certe oculi post uomitum rubri superuenientes, malum, ob eandem causam. Cerebrū enim uentriculo inflammato comparitur, & id manifestum ex oculis. hi enim materiam suscipientes & ab ipsa affecti, eodem modo rubri sunt. ut Philotheus unum signum ab alio distinguit, quod ante ipsum fecerat Galenus: etenim malum est, si post uomitum singultus fiat, & malum, si post uomitum oculi rubri efficiantur, & perseverent, nam si non perseverarent, malū non esset, sed id solum ex uomitus uiolentia consecutum esset. At si utrumq; adfuerit, peius est.

## • G A L E N V S

**Q**VALIS passio est conuulsio muscularis, talis est singultus stomacho, qui humori bus infestantibus aduenit, nonnunquam totum ipsum uentriculum, nonnunquam os eius, & gulam: quos per uomitiones abiiciens, statim à singultu liberatur: qui si negat per istas cessauerit, duorum alterum ostendit, uel scilicet cerebrum neruorum principium, uel uentriculum pati non mediocrem inflammationem. Rubor uero oculorum utranc; sequitur dispositionem, sed præcipue illam, quæ in cerebro existit similiis inflammationi.

## B R A S A V O L V S.

**P**RIMO, Galenus docet, talem fieri passionem stomacho singultum, qualis conuulso est passio muscularis.

Quod legitur, Talis est singultus stomacho, i.e. talis fit singultus stomacho. nam grēce legitur ποτερον φύσις σομάχων γίνεται ἀνάγε. idest, Talis fit singultus in stomacho.

**S**E C V N D O docet, singultū fieri quandoq; totum uentriculum humoribus infestantibus, quandoq; os uentriculi, & gulam. at quando hoc contingit, iubemus fieri uomitum, si sponte non fiat, ut his materiebus euacuat, statim à singultu liberetur.

Quod legitur, Nonnunquam totum ipsum uentriculum, nonnunquam os eius, & gulam, grēce est ποτερον φύσις σομάχων τοι ποιλίαν, ὡς τὰ πολλὰ δὲ πότερα σομάτια, καὶ τὸν σομάχον αὐτῷ. idest, quandoq; quidem totum uentriculum, ut plurimum autem os uentriculi, & stomachum, uel ut Leonicenus, gulam. nam quod grēci uocant Oesophagum & stomachum, latini gulam & fistulam cibalem dicant.

**T**ERTIO Galenus docet, Si ob uomitum singultus non cessauerit, unum duorum necessario ostendi, uel cerebrum, quod est principium neruorum, uel uentriculum pati non mediocrem inflammationem.

**Q**VARTO docet, oculorum ruborem ad utranc; sequi dispositionem, sed illam præsertim sequitur, quæ in cerebro est, inflammationi similis.

**A** sudore horror, non bonum.

## BRASAVOLVS

CVM natura iudicationem aggreditur, si perfecta esse debeat, opus est in finem usq; persevereret. Cum igitur aliquis æger sudauerit, & natura ab hoc opere cesseret, & materias illas, quas expellere deberet, retrahat, illæ inquam horrorem faciūt, quod malum est: quia significatur aut naturam impotentem esse ad expellendam materiam, aut esse tantam copiæ, ut magna pars intus manens horrores faciat. Celsus capite quarto secundi libri hunc aphorismum ita refert. primo ponit multa malorum signa, inter alia dicit: aut post sudorem horreficens, scilicet malum signum est.

Eπὶ ιδοῦται, idest, A sudore.] Hoc est post sudorem, qui sit iudicatorius, & in die etiam iudicatorio, in quo natura omnem uim suam ponit, ut materias per sudores emittat, & emittere non potens, supra musculos manent, & horrorem faciunt.

Φείγη, idest, Horror.] Ita Theodorus atq; Leonicenus interpretantur, & ante hos uiros Celsus, qui etiā id quod à Græcis φίγη dicitur, horror, uerit. Nos alías docuimus hæc tria per ordinem se habere πρεινόντας, φίγη, idest, frigus, rigor, & horror, si recentes sequentur, si Celsus, frigus, horror, inhorror, ut per hoc nomine maius quid denotetur, quam sit horror. Philotheus ita hic dicit οἰδοὺς ἀθηρούμενος ἀπαλαχών φέγη νοσημάτου, πλήσιον ἀκροτυχών, ἀλλ' ο πλεονεξ φύσεως γρύομενος. επί δὲ οἰδοὺς φέγη ται, ηγέτης λαθητεῖς δι φορέα, ἀλλ' α μαλον φείγη, κακού διν. θελοι γαρ οὐκτὸν πλῆσιον φέγη ται, ηγέτης γα κακούθετας γρύομενα δι νοσημα. idest, sudor superueniens morborum liberationē fert. At non quicunq; contingens, sed qui à prouidentia naturæ factus est. Si igitur sudor fiat, & non sequatur alleuatio, sed horror potius, malum, ostendit enim subiacentis materiae multitudinem, & morbum ratione mali habitus fieri.

οὐ χρεού, idest, Non bonum.] Dicere autem noluit malum esse; quia aliquo interueniente casu, & si bonum non erit, tamen nec malum dici poterit.

## GALENV

**Q**UOD iudicatoria quæ non iudicant, partim mortalia, partim male iudicata sunt, ab ipso dictu est, quoniā natura in huiuscmodi dispositionibus morbo succubit.

## BRASAVOLVS

GALENV hic docet, alia dicunt esse, iudicatoria quæ non iudicant, partim esse letalia, partim male iudicare: & ratio est, quia in his dispositionibus, in quibus ita continet, natura succumbit morbo: etenim contra naturam agere non potest, contra quam si potuisset, sudorem expulisset, & rigores non inferret.

## APHORISMVS V

**A**furore difficultas intestinorum, uel aqua intercutem, uel mentis alienatio, non bonum.

## BRASAVOLVS

SICVIS furore, quem græci ιανίαν dicunt, captus sit, & intestinorum difficultas superueniat, materia, quæ furor faciebat, diuertitur, atq; euacuatur. At si fiat aqua intercus, saltem diuertitur. si uero ex furore fiat ecstasis, idest mentis alienatio, materia furorum faciens ad coctionem uelociter mouetur: propterea quodcumque horum sequatur, bonum signum est: nam significat, uel diuerti, uel euacuari, uel concoqui materiam.

Eπὶ μενία, idest, a furore, uel mania, uel in ipso furore.] Fit aut furor (ut liber Galeni introductorius Galeno adscriptus docet) ex bile flaua superassata, unde & Philo dicit οὐείος μανία εν φεύγεις χρήσις πλεονεξίας γε τελευτής φέγη ται. idest, furor propriæ ex flaua bile redundante in cerebro fit. intellige uero flauam bilem superassatam esse.

Ανσγντρη, idest, Intestinorum difficultas.] Quæ cum post furor fit, uel in ipso furore materiam

materiam à capite ad infernas partes diuerti significat, atq; euacuari, quod bonū est. Superius uero dictū est, intestinorum difficultatē quandoq; a bile flaua ortū habere, quandoque ab atra, & illa est ualde sœua, qua ab atra bile sit ex bile superaflata. hoc igitur erit bonū ratione furoris, at ratione difficultatis intestinorū non erit bonū, quia intestinorū difficultas est morbus satis sœuus. Philotheus hoc modo sequitur, ἐλλατη τὸν οὐλα τὴν εὐνὴν τὸν γενέσθαι τὸν τρόπον, ποιεῖ δυσεντερίου, idest, Sed ipsa materia, si ad uentreū & intestina defluxerit, intestinorū difficultatem facit, tamē soluit furorem. Celsus etiam libro quarto capite tertio dicente, Alius quoq; ducta saepe superiores partes resoluit.

Νῦν δέ τοι φύσης τὸν τρόπον, τὸν τρόπον, ποιεῖ δυσεντερίου, idest, Sed ipsa materia, si ad uentreū & intestina defluxerit, intestinorū difficultatem facit, tamē soluit furorem. Celsus etiam libro quarto capite tertio dicente, Alius quoq; ducta saepe superiores partes resoluit.

Νῦν δέ τοι φύσης τὸν τρόπον, τὸν τρόπον, ποιεῖ δυσεντερίου, idest, Sed ipsa materia, si ad uentreū & intestina defluxerit, intestinorū difficultatem facit, tamē soluit furorem.

Εντερίου, καὶ τοῦτο, idest, uel aqua intercus.] hæc quoq; affectio materiā à capite diuerti significat, non fit aut aqua intercus ex materia illa biliosa superaflata, sed quia illa tendit ad iecur, & eius uim concoctricē adeo subuertit, ut malas coctiones incipere faciat, & cōsequēter aquam aggregare incipiatur, unde & à Philotheo dicitur, εἰ δέ τοι φύσης τὸν τρόπον, ποιεῖ δυσεντερίου, ποιεῖ δυσεντερίου, idest, Si uero ad iecur (scilicet materia illa quæ furorē faciebat decurrat) potestatis sanguinē faciētis imbecillitatē facit, & aquā intercutē inducit medioerē. hocq; bonū est ratione furoris, tamē non simpliciter bonum, quia significatur naturam robustam principale partem exonerare.

Εντερίου, καὶ τοῦτο, idest, uel mentis alienatio, bonum.] Galenus, & alij interpretes uolunt ecstasim, idest, mentis alienationem esse passionem intēsiorem, quam sit furor. hoc autem bonum est, licet sit morbus intensior, quia causæ efficientes uehementiori motu mouentur, & morbum ita finire faciunt. Galenus in introductorio sibi adscripto uidetur furoreos εντερίου speciem facere. Verba eius hæc sunt τοῦ δὲ τὸν διάνοιαν εκ-  
στασις, οὐδὲ τὰ διεγέρτα εἴδη, μανιατικὰ μελαγχολια, idest, duæ quidem sunt alienationis mentis insignes species circa mentis excursum, furor, & atra bils. Tamen credendum est, quod in hoc loco Hippocrates aliud diuersum intellexerit à furore, uel maius quid secundum Galenum, ut uocabulum ecstasis significare uidetur, et hoc sit bonum, quia acceleraret sanitatem & aliquid minus, quod scilicet minus malum sit, quam furor. Si antiquiores percurramus, quid de ecstasi loquantur, apud eos, hos phanaticos nuncupari inuenimus. nam aliqui erant, qui circa tempia discurrentes uaticinabantur, postquam tympanorum, tibiarum, aut cymbalarum sonitum audiere, & in nostris sacrī literis illi sunt ecstati, qui diuino afflati spiritu extra se rapiuntur, ut de diuino Paulo legitur, unde & diuinus Augustinus in sua supra psalmos interpretatione dicit: ecstasis exterritum mentis significat, quæ sit uel pauore, uel aliqua reuelatione in qua omnes fancti fuere, quibus arcana Dei mundum istum excedentia reuelata sunt, ita ut eorum memoria laberentur interna. Nos igitur in proposito intelligamus εντερίου, maiorē morbum esse, quam furorem, sed breuiorem, & qui coctionem & iudicationem accelereret, propterea bonum esse. unde & à Galeno in Definitionibus sibi adscriptis definitur εντερίου per ὀλιγοχόνιον μανιαν, idest, ad breue tempus furorē. Philotheus hic dicit εντερίου δὲ ποιεῖ τοτέ τινας τοι ταραχή μελασσαν κελεύειν τῷ τὸν ερμηνείον, ὄποσσιν κελεύειν τοι, οὐδὲ μανιαρότερον, οὐ ποτὲ ποτε προσβούσιον, idest, Mentis alienationem uero facit, hoc est motum & perturbationem iudicium facturam, secundum quod dictum est, Quibus cuncte iudicatio fit, his nox difficilis ante accessionem, unde Philotheus per ecstasim perturbationem talēm intelligit, qualē illi habet, quibus statim futura sit crisis: de qua nocte nos in secundo libro abunde scriptum reliquimus. & non intelligit aliquam mentis alienationem, quæ sit longe maior quam mania, idest, furor. Inferte Philotheus, τοῦτο ποτὲ ποτε μανια γένεται, ἡγαθόν διπλόν, διπλή κυριωτάτη γέρα μοείς τῷ εγκεφάλῳ, οὐδὲ ἀντροφον μετέντευκτον οὐλα, idest, Si igitur in furore tale quid fiat, bonum est, à cerebro enim principalissima parte, ad minus principalem materia conuertitur. Nec ego possum à Philothei sententia digredi. nam satis absurdum uidetur, Hippocratem uoluisse, bonum esse si maius malum accrescat: quamuis excusationem illam habeamus, esse qui dem maius, sed postea breuius, & finit cum ea mentis alienatione simus furor.

## G A L E N V S.

DIFFICULTATEM quidem intestinorum, uel aquam intercutem, transmutatio rationis esse furoris sanationem, non est extra rationem, cum à capite noxijs

humores transferantur ad inferiora. Mentis autem alienatio tantum abest, ut sit furoris foliatio, quod quispiam magis diceret esse incrementum, & quidem si uere Hippo, continuu, atque uehementer furorem alienationem mentis nominauit. Quendam nouimus a furore medio eri quo prius detinebatur fuisse liberatum, unde ratiotinando perpendimus ex uehementi motu caufarum efficietum furorem, solutionem fuisse subsecutam, quemadmodum in morbis acutis, uehementissimi casus solent aliquando bonas crises operari.

## BRASAVOLVS

**P R I M O** Galenus docet, rationabile esse difficultatem intestinorum, & aquam intercum esse furoris sanatione ratione transmutationis materie ad has partes, quia humores a capite ad infernas partes transmittantur, sed de alienatione mentis non solum non uidetur quod sit furoris solutio, immo potius uidetur esse furoris augmentum.

**S E C U N D O** ambiguitatem soluit inquiens, Si Hippocrates uehementem furorem, & continuum, εκσταση, idest, mentis alienationem uocauit, nos unum uidimus qui a furore mediocri quo detinebatur, εκσταση, idest, uehementer furore superueniente liberatus est, unde ex hoc nos collegimus, ob uehememtem motum caufarum furore efficientium solutionem subsecutam fuisse, ut in acutis morbis plerunque contingit, quod symptomata uehementissima solent quandoque bonas iudicaciones facere.

Quod legitur, Quendam nouimus, lege, Sic quendam nouimus, Grece enim est, επιφύλε πτω πνευ.

## APHORISMVS VI

**I**N morbo diurno fastidium cibi, & deiectiones sincerae, malum.

## BRASAVOLVS

**I**N morbo diurno, tali uictus genere ut debet aeger, ut in fine usque perdurare possit, nam diurnus morbus quadragesimum diem excedit. Si quis ergo sit, cui in morbo diurno satietas quendam superuenerit, & cibi fastidium, & prae ter hoc, ea quae excernit, sincera sint, humiditatibus non mixta, haec malum portendunt, & de isto sperare non oportet, quoniama uis appetitiva imbecilla effecta est, & intrinsecæ partes exustæ sunt. In sexto etiâ libro aphorismo tertio malum esse iudicauit in longis intestinorum difficultatibus indecias ex fastidio, utiturque eodem loco, sicuti & hic uocabulo ξερστια.

γνέσθ πολυχονία, idest, In morbo diurno, ] cuiuscunq; generis sit hic morbus uel intestinorum difficultas, ut in sexto libro: uel sola febris, uel quæcunq; alia passio etiam sine febre.

ξερστια. idest, Fastidium cibi, uel appetitus deiectionis, ] cibum quodammodo uidere non posse, malum, nam uirtutis coccoctris imbecillitas significatur, & tunc potissimum prauum signum est, quando id simul fuerit, quod sequitur. Philotheus uero dicit malum esse cibi fastidium θιστὴν διώσμην ἐν τάστης ἀδύνατη διώσματα ὑπὸ πλείοντα χόνον αὐταρκεῖσσαι, ἢ καὶ μέχρι ἀπαλλαγῆς τὸ νοσήματος. idest, Quoniam uis ex hac imbecillis effecta, ad Iouianus tempus sufficiens esse non potest, uel usque in morbi liberationem.

Καὶ ἄκει τὸ οὐσιώδης καρόγ. idest, Et deiectiones sincerae malum, ] ac si dicat, fastidium cibi malum est, sed longe peius est, si deiectiones sincerae fuerint. Galenus uocat sinceras deiectiones illas quae non sunt mixtae aquosæ humiditatibus, sed sunt puræ, uel modo sit bilis flava, uel atra, uel prafinea, uel illa quae æruginis alsimilatur, semper unus solus humor ab Hippocrate sincera deiectionis uocatur: quæcunq; prædictarum sit, omnem naturalem humiditatem a febrili calore exustâ esse significatur. Antiqua translatio non legit, deiectiones sincerae, sed legit Deiectiones cholericae. Idemque in codice Graeco hagnensi habetur, scilicet οὐτὸς χολῶδες οὐσιώδης, idest, biliosæ deiectiones; quod estiuunt, nā biliosæ deiectiones malum portendunt: tamen Hippocrates ita arcta non loquitur: quia & multa alia excrementa pura id facere possunt. Philotheus ita exponit, malum esse deiectiones sinceras, θιστὴ θιλάσιη ἀδύνατη παντελῆ τὸς διώσμων, μηκετὶ πατεχόντες ὡς λαποὺς οὐτὶ φύση τὸ οὐσιώδης καρόγ. idest, Quoniam ostendunt perfectâ potentia imbecillitate non amplius alterantis, neque amplius concoquenteris, neque amplius cōtinenteris, ut deinceps

ut deinceps secundum naturam deiectiones deferantur. unde nihil prohibet per sinceratas deiectiones illas intelligere, quae non sunt alteratae, sed est cibus parum, uel nihil immutatus, quod ostendit adhuc maiorem uitutis imbecillitatem.

## G A L E N V S .

**F**ASTIDIVM cibi ipsum per se ipsum prauum est signum in morbis diuturnis. Nam in his qui à talibus morbis sunt euasuri, contrarius affectus solet accidere, uehemens scilicet ciborum appetentia. Quare cibi fastidium haud quæ bonum est signum. Multo vero magis quando fuerint præcauæ deiectiones. Sinceræ uero deiectiones nominavit impermixtas aquosæ humiditatib; qm solus humor euacuatus deicitur, siue sit bilius, siue melacholicus, siue porri colorē præseferēs, siue bilis quæ eruginosa nominatur. Nam deiectiones huiuscmodi exustā esse oēm natuā humiditatē à calore febrili demonstrant.

**P R I M O** Galenus docet, & aeruginosus, idest, cibi fastidium in longis morbis per seipsum esse prauum signum, & si non adfuerit aliud symptomatum.

**S E C U N D O** docet, Illis qui in morbis longis sanari debent, non contingere cibi fastidium, sed potius oppositum, scilicet uehementem ciborum appetentiam: unde fastidium cibi non est bonum signum, sed multo peius est, quādo deiectiones sinceræ fuerint.

**T E R T I O** docet, Illas uocari sinceræ deiectiones, quæ non sunt mixtae aquosæ humiditatib;. Sed is humor qui euacuatur, sit solus, quicunq; ille sit, uel bilius, uel atrabilis, uel prasinus, uel æruginosus, quoniam istæ deiectiones ostendunt omnem natuā humiditatem à calore febrili esse exustā, nam humores ab ipso enumerati sunt ex adiunctione facti, quamvis prasinus & æruginosus color possint etiam fieri ex frigiditate, ut appareat in parietibus quos sol illustrare non potest, & in humido loco siti sunt. Tamen hi humores ex frigiditate facti biles dici non poterunt, sed humores qui potius erunt pituitosi.

**E**X multa potatione rigor, & desipientia, malum.

## B R A S A V O L V S

**S**i quis ex multa uini potatione desipient, non mirum: quia fumi, qui ex uino eleuantur simul cum spiritibus & sanguine caput implet, calefaciunt, & phantasiā atq; com munem uocatū sensum corrumpunt. Sed mirū in hoc est, quod rigor contingat, qui ex frigore fieri solet, & inq; ex frigore. nam nimia uini copia natuū calorē suffocat atq; extinguit, qui suffocatus calorē à uino inductū per corpus non defert, sed potius extrema frigent, & rigores ac tremores fiunt: non quod hi, cū insaniāt, id dicere sciant se rigere, sed assisteret extremitatū frigus persentiūt, & ipsum tremere uidēt: hoc ergo malū esse certū est, cū significet caloris natuī suffocationē & defectū. Nec mirū sit si uinū calidū rigorem, & frigus inducat, cum Galenus libro secundo De morborū causis idē facere calore & frigus hoc exēplo utens ostēdat. Magna quidē lignorū strues, si cōfertim exiguae flāmæ iniiciatur, ob immodicæ quantitatis excessum, eā suffocabit. At si nulla penitus, aut pauca admodū ligna suppeditabis, tabescere flāmā uidebis. unde & Aristoteles tertio Problematū libro problemate primo dubitat Cur uinū, cum calidū sit, uinolēti non calēt, sed frigent, & dolore laterū, ceterisq; huiusmodi uithis excipiūtur. Respōdet, An quod multū humoris cū refrigeratū est, multū frigoris cōcipit, ita ut calorē superet naturalē: fit etenim simile intrinsecus carnī, ut si uestis nimio madefacta humore, rigorem proinde acris frigoris admittat. Idē proponit in quinto problemate eiusdē librī, sed in quarto problemate diffusissime hāc rē peragit, ita dubitās, Cur ebriosi tremūt, & eo magis quo liberalius merū hauserint. absurdū em̄ id esse uideri potest, quandoquidē uinū calefaciēdi uim habeat, & tremor ex frigore præcipue soleat prouenire. Itaq; qui rigent maxime tremūt, sed tamen multi cū mero tantū cibi gratia uterēt, tremores uehementes adeo exceperūt, ut homines premētes reijcerēt, & aqua perfusi calida nihil sentirēt. Idē repetit problemate uigesimoquarto eiusdē librī, quod ostēdit Aristotelē librū illum non expurgasse mēdis, nā quater eandem cantilenā non cecinisset. Omnes tamen solutiones

tiones in hoc uergit, quod naturalis calor suffocatur, propterea post multā potū rigor malū, et despiciētia. Quis despiciētia simpliciter nō esset magnū malū. Tu Aristotelis solu-

tiones cōsidera; nā in huius aphorismi explicatiōe, & copiosissimus & cōfusissimus est.  
Ex πολυποσίης. idest, ex multa potatione, scilicet uini, nō aquæ. Multa tamē sunt cer-

uisiarū & zythorū genera, quę ferē eque inebrīat ut uinū facit, tamē uino nihil excellen-

tius, & quod hominibus æque placeat. Cū uero Hippocrates simpliciter dicat potatio-

nē, de uini potatione, & nō aqua (ut notat Galenus) intelligere oportet, quis nō addat

uinū, quia ille effectus, scilicet despiciētia, non fit ex aqua, quis rigor ex aqua fieri poscit.

Et ips. idest, Rigor. ] qui fit, quoniā naturalis calor à nimia uini copia ingesti suffocat,

& per rigorem frigus intelligo atq; tremorē, ut Aristoteles etiam in problematis am-

pliat. Ipse enim tam de frigore, quam de rigore & tremore dubiū facit. Philotheus uero

dicit rigorem fieri ὑλῶν θρύμῷ φριμώτῃ τῇ σπουδῇ φύγειν μέλει τὸ προσαρτητόν μό-

εια τῇ αὐθητικῇ τῇ θρύμότητι τῷ οἴνῳ. idest, calidis materiebus, acutisq; & mordicanti-

bus ad rationales & sensitiuas partes uini caliditate diffusis.

Kai θεαφραστίη, κανόγ. idest, & despiciētia, malum. ] præsertim si aduersit rigor, nam ri-

gore abiente non est adeo malū. At tunc intelligas despiciētia confirmata, sed talē, qua-

lem habent ebrij, de quibus Aristoteles tertio Problematis differēs dubitat, cur magis

errent qui non sunt exquisite ebrij, quoniā de ebrijis exquisite dicinon potest quod desi-

pian, cum sint ueluti lapides sopliti, tamē & in his uerū est si rigeant, esse malū; immo &

magis malū quām in semiebrijis, quia lingua errāt. nam hi qui sunt perfecte ebrij, amplio-

rē uini copiā ingessere, quę naturalē calorem facilius suffo care potuit. Aphorismus er-

go de utrīsc̄ ebrijis, scilicet & de his qui perfecte ebrij sunt, & de semiebrijis intelligi po-

test. ueruntamē cum de perfecte ebrijis dici non possit, quod despiciāt, propterea Hippo-

cratē de his potius intelligamus, qui non sunt exquisite ebrij. Philotheus dicit despiciē-

tiam in his fieri τῇ οἰνέᾳ θρύμότητι τῷ οἴνῳ, ἦν θρύμος συνεργασίαι τρεπομέση τῷ ιγκεφάλῳ,

idest, propria uini caliditate, cerebro ad calidam intemperiem conuerso. Deniq; Philo-

theus infert, ἀμφο ὡς τοῦ παντὸς ἀγνόμενα τῇ πολυποσίᾳ, καὶ σὰ τὸν οὐρθολόν τῆς

θερμασίας, idest, Ambo igitur hæc mala superueniunt multæ uini potationi, & ob cali-

ditatis excessum, tamen ratio ultima & uera est naturalis caloris suffocatio, quę ex co-

pia ingesti uini fit; eo enim ita nativus calor extinguitur, ut à nimio oleo accensus lych-

nus suffo catur.

#### G A L E N V S

**Q**VOD quidem multa potatio, non aqua, sed uini potionem significat, unicuique manifustum. Despiunt autem ex talibus potionibus aliqui capite opplete pluri-

mo sanguine, ac spiritu calido. Ob hanc ipsam uero causam & calidores redduntur, prę-

cipue quidē caput, sed & corpus uniuersum. Pauci enim ex ipsis sunt, qui cū despiciē-

tia rigeant, in quibus calor nativus non accēsus, sed ob multitudinē extinguitur, sicut

ti ignis lignorū multitudine superiecta, & lucernæ flāma oleo uniuersim superfluso.

#### B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet, hic ab Hippocrate per πολυποσίων, idest, potationem, uini

potationem intelligi, & non aqua, ut unicuiq; intelligenti patere potest.

**S E C U N D O** docet, aliquos ex his potibus despere, quoniā caput plurimo sanguine ac spiritu calido oppletur, unde & ob hanc causam calidores redduntur, sed potissimum caput, & etiam totum corpus ex vaporibus uini spiritibus & sanguini cōmixtis.

**T E R T I O** docet, paucos ex his esse, qui cum effecti despicientes rigeant, calor nativus non sit accēsus, sed ob multitudinē extinguit. Sicuti ignis facit, qui lignorū multitu-

dine superiecta extinguitur, & lucernæ flāma oleo uniuersim superfluso. Idē facit na-

turalis calor magna uini copia ingesta, quę ipsum suffocet, & rigores, atq; frigus faciat.

#### A P H O R I S M V S VIII

**A**Tuberculi intus ruptione, exolutio, uomitio, aut animi defectio fit.

#### B R A S A V O L V S

**I**N omni humani corporis parte tubercula fieri possunt, tamen in presentiarum Hip-

pocratis

pocrati placuit de eo tumore solum uerba facere, qui in uentriculo est, & hoc ex uomitu ostenditur, nam tumore in quaunque alia parte disrupto, uomitiū necessarium non est; si quis dixerit et iam in fistula cibali, si rumpatur, uomitū inferre: sed nos hic per uentriculum, totum intelligimus usq; ad os. Cum igitur tuberculū intus in uentriculo rumpitur, necessario haec symptomata consequuntur, exolutio, & animi defectio, quae sunt symptomata omnibus tuberculorum disruptionibus communia, & uomitio, quod est symptomatum proprium ostendens in uentriculo uel uentriculi partibus adesse tuberculū. Id uero quod euomit, est pus à tuberculo exiens.

*τὸν φύματος εἰσω φέρειος.* idest, à tuberculo intus ruptio. ] hoc est ad tuberculum, quod intus in uentriculo, uel adiacentibus partibus disruptum sit. Illas uero adiacentes partes esse intelligo, & quibus pus manans in uentriculo fundum colligitur. disruptio autem uel per uim medicamenta facta est, uel à natura ipsa, quae tuberculum ad caput deduxerit, et deniq; ad exituram. Quid uero sit tuberculum φύμα à Græcis nuncupatum, satis in tertio libro dictum est, ad hanc disruptionem necessario haec symptomata consequuntur. *ἐκλυσις.* idest, exolutio. ] quae est symptomata consequens disruptionem cuiuscunque tumoris præter naturam, in qua cùq; sit parte, modo puris effatu digna copia exeat, quae exolutio est quidam semidefectus animi, & quae potissimum fit quando pus uniuersim & cunctim exiuerit, simul etenim spiritus exeat.

*ἡ ἡμέτος,* idest, uel uomitus. ] quoniā materia ista quae abscessum egreditur, à uentriculi cauitate rumpitur, & naufragia inducit, ad quā sequitur uomitus. & hoc est propriū indicium, quo significatur abscessum esse in uentriculo, uel in partibus ad uentriculū attinentibus. *ἡ λεπτοφυχία.* idest, uel anima defectio. ] alijs contextus habent λεπτοθυμία, idest, animi defectus. eadem sunt passiones ob exitū spiritus factæ, qui cum pure exit, hæc ab exsolutione differt, quia magis intensa est. Noster antiquus codex, & ille quem Theodorus atq; Leonicensis habebant, & multi alij, hunc aphorismū disiunctum legunt, hoc inquit modo, exolutio, uel uomitus, uel animi defectio. tamē Aldinus codex copulatiue legit, exolutio, & uomitus, & animi defectio. Necessariumq; (meo quidē iudicio) copulatiue legere, quia exolutio, uel animi defectus ad ostendum esse in uentriculo disruptum abscessum non sunt satis, nā in quoq; loco disruptum, exoluti possunt, & ad animi defectiū puenire. Si disiunctum intelligere uelimus, non est opus nos ad uentriculi tuberculum determinare, sed & de alijs partibus intrinsecis est uerū, nam in alijs partibus exolutio, & animi defectio sūt. nobis magis placet, quod copulatiue legatur. Philotheus per tuberculum intus, id intelligit, quod uel in uentriculo, uel in thorace sit, eius uerba haec sunt, τὸ λεγάμενον ποιότην διτι, ὅτι εἴναι φύμα τὸ εἴσω, εἴτε γνῶμης θρεπτικός, εἴτε γνῶμη αὐτοπνεύσιος τυχόν ἄδει τῶν γαστρῶν, καὶ τὸν θώρακα, καὶ διάφυντος ἔσαγη, φρέστη τὸ πῦρος ἄδει τὸν πνεύμονα, καὶ τῶν κρεπίδων ἢ ποιότης τὸ δέ τοι, καὶ ποιεῖ εκλυσιν, καὶ λεπτοθυμίαν, τοῦτο οὖν πάντα πλειντά, πλειστά ἐπιποκράτης ὡς ἀνολογόμενον ἐπει. idest, Quod (in aphorismo scilicet) dictum est, rale est, Quod si tuberculum intus, siue in his quae nutrit, siue in his quae respirant partibus, fortuitu ad uentriculū uel thoracē, & repente rumpatur, pus ad pulmonem, & ad cor fertur, uel aliqua qualitas ex ipso, & exolutionē facit, atq; animi defectum, haec igitur omnia infesta, ueruntamen Hippocrates non dixit, tanq; confessum. Forte de omni tuberculo intrinseco intelligi posset, de illo quod in uentriculo est per uomitum, de illo quod in alijs partibus per exolutionē & animi defectum. In iecore enim & liene dissolutionē, in thorace animi defectū, & quādoq; mortē, in uentriculo uomitū inducit. Nos illustrissimum Alphonsum Ferrarie Ducē in cura habuimus, in cuius uentriculo tuberculum disruptū est, hic habuit copulatim omnia symptomata enumerata, immo & mentis alienationē, & alia multa symptomata, & secunda die à disruptione mortē.

## G A L E N V S

**T**UBERCULVM nominauit, quod in alijs ipse solitus est uocare suppurationem. Intus uero ipsius ruptionem, ad uentriculum dicit, ad hanc enim consequitur uomitus, sicuti tuberculorum in thorace, atque pulmone ruptio, non uomitiones, sed ex necessitate quidem tuissim excitat, sed saepius etiam strangulat, quemadmodum suppurationum ad intestina ruptiones, puris faciunt dejectionem. Commune aut omnium ruptionum

ruptionum est exolutioꝝ, et animi defectus, propter uitalis spiritus excretionem, ut alibi à nobis est demonstratum.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, φύμα, idest, tuberculū hic ab Hippocrate dici, non id quod propriæ phyma dicitur, idest, tuberculum cito ad exituram ueniēs, sed suppurationem, idest, quodcunq; genus tumoris, quod ad suppurationem uenerit.

SECUND O docet, ruptionem intus intelligendam esse ad uentriculum, quoniā ad hanc consequitur uomitus. Sicuti ad ruptionem tuberculi in thorace & pulmone non sequitur uomitus, sed bene tussis, & sepe strangulat: & sicuti quando suppuration in intestinis fit, puris deiectio sequitur, propterea opus est intelligere disruptionem in uentri culo factam.

TERTIO docet animi defectum, & exolutionem esse cōmunia symptomata omnium ruptionū, quoniā uitalis spiritus cum pure simul excernitur ut alias ab ipso superius demonstratum est.

## APHORISMVS IX

**A** Profluui sanguinis, desipientia, ac conuulsio, malum.

## BRASAVOLVS

A QVACVNQVE nostri corporis parte sanguis adeo copiose profluxerit, ut despientiam faciat, malum est: quia id fieri non potest, nisi uires imbecilles effectae sint. Si etiam ex profluui conuulsio contingat, malū esse constat: quia est ex inanitione conuulsio, de qua & in quinto libro aphorismo tertio dicebat, Vbi sanguis plurimus fluxerit singultus aut conuulsio suprateniens, malum. hic uero desipientiam addit, de qua in quinto libro mentionem non fecerat.

Ἄνδρι ἀπειλητικός φύσις, idest, A sanguinis defluxu.] hoc est, post sanguinis defluxū, sit à qua cunq; parte, uel à naribus, uel ab hemorrhoidibus, uel ob illatū uulnus, & copiose fluat.

Ταχαρότων, idest, Desipientia.] per quam intellige uniuscuiusq; uirtutis intrinsecæ iudicatiæ defectū, qui defectus ex virium imbecillitate consequitur. imbecillitas uero ex sanguine amissio fit, propterea Hippocrates in fine primi libri De morbis, dicit, Sanguis qui in homine est, plurimā prudentiæ partē conservat, quidam totum dicit. Non est aut̄ hec desipientia, de qua hic sermo est, uel furor, uel ecstasis, sed potius obtusio quedā intellectualiū uirtutū, ad quā sensuum etiā obtusiones consequuntur. Quendā uidimus, qui ob defluxū sanguinis nariū obiit, hic anteq; obierit, ad intensibilitatē quandā serē et corporis stupore deuenerat, nullaq; medicamentorum ope iuuari potuit, tamen probos medicos habebat, & doctiores qui tunc Ferrarie extarent, cum semper alma patria nostra probissimis medicis scirent. Alium uidimus, cui temporū uenę abscessū fuere, & hic conuulsus mortuus est, cum nullo praesidio, nec igne sanguis restinguī & sisti potuit.

Καὶ απασμὸς, κακόγ. idest, Et conuulsio, malum.] utruncq; per se malū est, sed si ambo in uno reperiuntur, peius. hæc autē conuulsio est ex inanitione intelligenda, quā Galenus putauit sanari non posse. Philotheus idem sentit inquiens, ὅταῦθε λέγε ὅτι τὰς δε μορέσσαις γένη ταῖς οἷς οὐκτοὺς μοέσις η σώματος, ἀλλὰ τάντη ἀσθενίσεις απασμός, κακόγ. ὅταῦθε πληγῶσται ἐπειτα, ἀλλὰ ἀδικρότητη, οὐδὲ ποτὲ πετεικρανομένη τῷ ἐγκεφάλῳ, ἀλλαπνίας θελονίστη προεγεννίας τῷ κρανῷ, γένη ταῖς η πάθεσισται, ἐπι πλέον κακόγ. i. hic dicit, quod si profluuiū sanguinis ex aliqua corporis parte fiat, & ex hac conuulsio consequetur, malum, non enim ex plenitudine, sed ex siccitate sequitur. Si autem exsiccatio cerebro (uigilia uidelicet superueniente euacuatione) fiat & desipientia, etiam maius malum.

## GALENVS

**H**I C aphorismus magnam nobis assert utilitatem ad persuadendū, quod aliquando fiat desipientia ex defectu, quo manū, ac pedum tremores. Hæc siquidē membra propter potentia ipsa mouentis imbecillitatem infirmas habent motiones, & cerebrum uacillat, propter quod neq; uehemens est hoc desipientia genus, sed mediocris, atq; ut quispiam diceret delirantis. Ipse siquidē solet mediocre insaniam, delirū nominare. Si ergo conuulsio aliquando tali desipientiæ cōiungatur, omnino salus est desperata.

Quædam

Quædam igitur exemplaria cum Et, coniunctione scripta sunt. quædam uero cum illa, quæ obdisiunctua nominatur, Vel: secundum quam, etiam desipientia non bonus est casus post sanguinis fluxum, etiam si sola contigerit: multo autem magis conuulsio, uel si absq; desipientia facta fuerit. Maximum uero malum est ambarum conuentus, quando & ex immoderata euacuatione cōuulsio casus est admodum exitialis, nam desipientia minus mala est.

## B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, nos ex hoc aphorismo hanc utilitatē habere, quod ex eo persuadere possumus, desipientiam aliquando ex defectu fieri, eo modo quo manuum & pedum tremores sunt: nam hæc membra, ob potentiaē imbecillitatem ipsa mouētis, motus imbecilles habent, & cerebrum uacillat: unde & hoc desipientiaē genus, de quo hic mentio fit, non est uehemēs, sed mediocre: ac si ipse dixerit delirium, quippe medio crem insaniam solet Hippocrates nominare delirium.

Quod legitur, Quo manuum & pedum tremores: legi debet, Similī modo quo manuum & pedum tremores: nam Græce habetur, περὶ τὴν τρέματος ιδήσις λόγοι τρόποις. Vbi per λόγον, pedes & manus intelliguntur.

Quod etiam legitur, Delirant: Græce est, λυρῶσε. Et quod dicit, Delirium: Græce est, λυρός. Hoc autem uocabulum λυρός, nugas significat: & λυρώσης, nugator. Vnde & apud Aristophanem in Pluto habetur, λυρός λυρεῖ, idest Nugas nugari. Tamen Leo nicenus egregie ad aphorismi propositū, delirū interpretatus est: quod forte ex nugari genere cognoscitur: nam hunc nugari audientes statim dicimus desipientia captum esse.

S E C U N D O docet, si conuulsio aliquando tali desipientia iuncta fuerit, salus est omnino desperata. Quædam sunt exemplaria quæ copulationē. Et, habent; alia habent Vel; sed etiam si desipientia sola sit, non est bonum symptoma post sanguinis fluxum. Conuulsio uero si sola facta sit, est multo peior desipientia. At si ambo conueniant, maximum malum est: quoniam cōuulsio ex immodica euacuatione simpliciter symptoma est ualde letale, etenim desipientia minus mala est.

A B ileo, uomitus, singultus, desipientia, uel conuulsio, malum.

## B R A S A V O L V S

R A R I S S I M E fit ileos, quin illi occubant, qui ileo correpti sunt: at tunc illos cognosces in summo discriminē esse, quando aliquid horum superuenerit, uomitus, singultus, desipientia, uel conuulsio: nam cum hæc apparuerint, significatur ægritudinem in uigore summo esse, & uires ualde imbecillas. Ex aliquo igitur horum malum prædictum oportet. Peius uero est, si ex his nonnulla iuncta sint: pessimum, si omnia concurrant, & in unum concertent.

Ubi ἀλεῶ. idest, in ileo. ] dum hic uehemens dolor uexat. Est autem ileos grauissimus morbus, qui grauissima symptomata secum fert, nam, ut Paulus libro tertio, capite quadragesimoquarto dicit, Misericordia siquidem morte tandem enecantur, eo morbo detentis, alii retrimenti per os reddentes. unde & Philotheus dicit, εἰλέως δὲ γένεται τὸ τέλος τῆς κόπων. idest, ileos est uomitus steroris: ac si ipse per steroris uomitū ileum definire uideatur. Tamen Galenus hic in Commétabione dicit, quandoq; ileum sine uomitu esse. Nos uero, usq; ad hoc tempus (sunt autem uigintiduo anni, quod hanc artem exercemus) nondum uidimus ileon sine uomitu: fitq; ut dicit Paulus, ex cruditatis rebus retentis & corruptis, & obstructo excrementorum exitu: fit quandoq; ex letalium uenenorum potu: fit & ex intestinis in scrotum descendentibus: fit etiam ex intestinorum inflammatione: & Galenus ut plurimū ex intestinorum inflammatione fieri iudicauit. Sunt autem in nostro corpore diuersa intestinorum genera, in tenuibus intestinis fit ileos, ut Celsus dicit capitulo decimoterio quarti libri, ex inflammatione. Diocles Carystius tenuioris intestini morbum uomauit χερδαλεῶ, plenioris ἀλεῶ, ut Celsus notat: tamen, ut deinde dicit, qui suo tempore de hac re loquuntur, morbi tenuioris intestini ἀλεῶ uocant, plenioris χερδαλεῶ.

TT Graci

Græci authores non distinguunt ileon in species aliquas ueras: sed id faciunt Arabes: nam Aucenna decimasexta tertij, tractatu quarto, quinq; huius passionis species enumerat, una, in qua stercus per os exit cæteris peior. secunda, in qua fetidus sudor per totum corpus. tertia, in qua anhelitus est fetidus. quarta, in qua eructatio est fetida. quinta, in qua exit fetidus flatus per infernas partes. Verum hæc sunt somnia, potius quam huius passionis species. In ileo enim semper spiritus fetet, & hæc specierū distinctionem facere non possunt. Cellus exquisitus fecit, qui distinxit non quidem in species, sed in partes ex loco obstructionis: nam si obstructione sit in parte superiori gracilioris intestini, exit cibus per uomitum: si in parte inferiori, exit stercus.

**εμέτος**, idest uomitus. ] malum signum est, & letale, nam quæ descendere deberent ascendunt. Sed hic dubium fieri posset, an si hi euomant, semper stercus euomant. Respondemus, Celsus egregie scriptū reliquissime, si in parte superiori sit inflammatio, non exire stercus, sed cibum: si in inferiori, exire stercus. Tamen posset hic ambiguitas incidere, de loco in quo stercus recipit formam stercoris: nam si esset in colo, cum colon sit post gracile intestinum, nunquam uideretur posse exire per uomitum stercus: sed quia hic non est locus disputationis hanc materiam: propterea dicamus, omnino non esse perfidum stercus, sed cibum corruptum, qui nondum stercoris perfectam formam acquisuerit. Stercus enim in intestinis formam acquirit, & ultimam perfectionem habet in collo. Nos in his quos ex ileo curauimus, fetidissimas materias exire uidimus. Recentes hanc passionem ex sui uehemētia uocant, Domine miserere mei. An uero hæ materia, quas exire uidebamus, essent perfectum stercus, an non essent, iudicent alij. Id certum est, tetrius olere, quam stercus, credo ob corruptionem additam: erantq; stercore liquidiora in mediocritatem redactio. Celsus præcito loco dicit, in ileo adiicitur periculo uomitus biliosus, mali odoris aut uarius aut niger.

**πάγκη**, idest singultus. ] Et ipse malus est, quippe qui fit ex compassione oris uentriculi sicuti etiam uomitus fit ex compassione magna uentriculi, adeo ut uentriculus ipse pati uideatur. Nos semper uidimus in his euemonibus alti recrementa speciem aliquam singultus habere: unde in hoc morbo ut plurimum simul iunguntur uomitus & singultus. Philotheus dicit, εἰ τοῦ ἀνθρώπου τῆς στοματοῦ γαστρὸς καὶ παραφροσών γίνεται. idest, si igitur stercus uentriculi substantiam attigerit, morsus inducens, singultus facit.

**παραφροσών**, idest desipientia. ] Quæ & malum est, nam ea significatur nocumētam cerebro communicari. unde & à Philotheo dicitur, εἰ τοῦ ἀνθρώπου στομάτοι φύχθεσσιν παρὰ τῷ οὐλέφαλῳ, εἰ μὲν παρὰ τῷ οὐσίᾳ αὐτῷ χωρίστων, παραφροσών γίνεται. idest, si autem quandoq; acuti uapores sursum ad cerebrum elati fuerint, siquidem ad substantiam ipsam peruererint, desipientia fit. tamen non solum ex uaporibus ascendentibus hoc fit, sed etiam ex compassione: quādoquidem gracile intestinū, & uentriculus membra neruosa sint, quæ à cerebro ortum habent.

**η κασσός, μετόγιον**. idest, Vel conuulsio, malum. ] Fit uero conuulsio tum quia cerebrum compatitur, quod est neruorum principium: tum ob dolorem pungituum, quo neruosa pars afficitur. Philotheus cum dixisset, si fumi illi acutis circa cerebri substantiam uersentur, desipientiam fieri, addit, εἰ παρὰ τῷ νεύρῳ τῷ κασσῷ. idest, si uero ad neruos, scilicet peruererint uapores, conuulsio. Tamen non est necessarium hæc omnia in ileo simul adesse: imò Galenus docet, uomitum quandoq; abesse: quod tamen nos nondum uidimus, nisi intelligat in remississimis ilei doloribus.

#### G A L E N V S

**I**N ILEIS nihil descendit ad inferiora, & hoc est proprium inseparabile passionis. Vomitum autem non semper adeat, sed quando exitiales sunt, & si uehemētius distor queantur, stercus eis ascendit, atq; singultiunt. Quidam uero desipient, & conuelluntur compatiente neruorum principio stomachi passioni. hæc uero mihi fieri uidentur intestinis, in quibus passio talis existit, à se expellere stercus appetentibus, quando longitudo temporis coepit molestare, & non potentibus se exonerare, propter eam qua facta est in partibus inferioribus obstructionem, sed coactus contra naturam uiolenter moueri, & ad loca superiora materiam noxiā extrudere.

## BRASAVOLVS

**P R I M O** Galenus docet, nihil descendere in ileis, immo hoc esse proprium quarto modo huīus passionis, ob inflammationem, uel obstructionem tenuioris intestini.

**S E C U N D O** docet, in hac passione uomitum semper non adesse, sed solum adesse, quando sunt exitiales, & si uehementius discrucientur, atque stercus eis ascendat, ac singultant.

Quod legitur, Et si uehementius distorqueantur, stercus eis ascendit. Graece est, οὐαὶ πλούς δέ απρόσθιον τουτον, καὶ νόπρος αὔρως επανέχεται. idest, Et si plus lacerantur, & stercus eis ascendit. Tamen noster antiquus codex in prima lectione ita habet, οὐαὶ νῦ τοι πλούς δέ απρόσθιον τουτον, νόπρος αὔρως επανέχεται.

**T E R T I O** docet, quosdam despere, & conuelli, quia neruorum principium stomacho compatiuntur.

**Q U A R T O** docet, uideri sibi haec fieri intestinis, in quibus talis passio est stercus expellere appetentibus, quando temporis longitudine uexare coepit, at non possunt se exonerare ob obstructionem, quae in inferioribus partibus facta est, unde coguntur violenter contra naturam moueri, & ad superiora loca noxiā materiam extrudunt.

## APHORISMVS XI

**A** Morbo lateralī, inflammatio pulmonis, malum.

## BRASAVOLVS

**V A R I I** sunt huic aphorismo sensus attributi: unus est, si haec particula Malum, afferatur, sensusq; fit, pulmonis inflammationem morbum laterale plerūq; sequi, & an malum sit, uel non malum, ab Hippocrate non dicitur. Celsus uidetur hanc sententiam sequi: nam capite septimo secundi libri hunc aphorismum ita refert, Post lateris dolores uitia pulmonū. Constat deinde malum esse, quia pulmonis inflammatiō peior morbus est, quam lateralīs morbus: quia materia in pāniculo tegente costas contenta minus periculosa est, quam in pulmonis fistulā. Alter sensus est, addendo particulam Malum, uel non addendo, & illam subintelligētes. Si post laterale plumbum pulmonis inflammatione sequatur malum, quoniam materia de loco minus periculo in magis periculo sum translat, & tunc pulmonis inflammatio lateralī morbo aduenire dicitur, & non superuenire. Philotheus idem sentit inquiens, ἡ πλευράς γὰρ τὰς πλευράς ταρελαντίνη μεταγίνεται. ποτε τανδυμονία δέ γάρ πνεύμονι, καὶ οὐ διὰ τανδυμονίαν γένεται, διὸ τὴν αὐτήν τοὺς πλευράτοροι μεταπλέγματα τὴν πνεύμονα. i. lateralīs morbus in pellicula subtingēte costas fit. Pulmonis autem inflammatio in pulmone. malum igitur à morbo lateralī pulmonis inflammationem fieri, quia à parte ignobilis ad magis principalem materiā cōuertitur, pulmonem inquam. Tertius sensus est, præsente lateralī morbo pulmonis inflammationem superuenire malum esse: quoniam & notatur adeo magnam materiā copiam abundare, ut satis sit pro lateralī morbo, & pulmonis inflammatione inducenda: & quia malus morbus & saeuus malo & saeuo morbo superadditur.

Ἄλλη πλευρά. Noster antiquus codex habet, ἄλλη πλευρά πλευρά, idest à morbo lateralī, uel in morbo lateralī. ] Si primam interpretationem sequamur post morbum laterale plumbum pulmonis inflammatione sequetur. Si secundam, pulmonis inflammatio lateralī morbo superueniet, nam illo etiam præsente fiet.

ποτε τανδυμονία, καὶ οὐ. idest, Pulmonis inflammatio malum. ] Vel quia morbus morbo addit, uel quia ex minus periculo in magis periculoso mutatio fit. Celsus libro quarto, capite septimo, huius morbi hanc esse cōditionem dicit, Pulmo totus afficitur. hunc casum eius subsequitur tussis, bilēm uel pus trahēs, præcordiorum, totiusq; pectoris grauitas, spiritus difficultas, magnae febres, continua uigilia, cibi fastidium, tabes. Id genus mali plus periculi, quam doloris habet. Hic autem morbus, ut Paulus docet capite trigesimo tertij libri, est pulmonis inflammatio, quae fit uel ex ualentiore à capite in eam partem destillatione, uel ab angina, uel ab asthmate, uel à morbo lateralī, uel ab alijs morbis plerūq; ortum habet, de ipsa uero superius, his plura egimus.

**I**N PLVRIBVS quidem exemplaribus, in fine aphorismi adiectum est, malum. In quibusdam uero ita simpliciter scribitur, A morbo lateralí inflammatione pulmonis. uolentibus illis, qui in hunc modum scribunt, non quod sit bonum uel malum, pulmo nis inflammatione morbo lateralí superueniens, ipsum docere: sed simpliciter hoc unum tantummodo, quod morbus lateralí soleat in pulmonis inflammationem transmutari, uel morbo lateralí pulmonis inflammatione superuenire. Hæc autē transmutatio fit quando priore cessante morbo, aduenit alter. Superuenit autem quādo altero manente alter adiicitur, uerum hoc in loco uidetur Hippocrates de superuenientibus agere, quibus statim hoc inest quod mala sint, adeo quod si etiam hoc uerbum Malum, non adiicitur, uel subaudiendum est, secundum modum à communī dictum, uel potentia ostendī est existimandum. Omnis enim huiuscmodi superuenientium consistenter, neq; paruos, neq; mites insequitur morbos, sed malos atq; malignos. Exempli gratia, statim in dictis in aphorismo passionibus, quādo non potest is qui morbum facit lateralem in costis humor cōtineri, pars eius aliqua ad pulmonem fertur. Ad inflammationē quidem pulmonis morbus lateralís non admodum consequi solet, quoniam si mitis fuerit inflammatio, omnis humor noxius per sputum expurgatur; in perniciōsis uero, antequam costae patiantur, strangulat ægrum.

## BRASAVOLVS

**P R I M O** Galenus notat, in pluribus exēplaribus additam esse particulam Malum, in aphorismi fine: in quibusdam uero nō additur; uolunt ab Hippocrate dīci, neq; quod bonum sit, neq; quod malum, pulmonis inflammationē lateralí morbo superuenire: sed hoc solum ab Hippocrate simpliciter dicitur, Morbū lateralem in pulmonis inflammationē transmutari solere, uel morbo lateralí pulmonis inflammationem superuenire.

**S E C U N D O** Galenus docet, quādo transmutatio fit priore cessante morbo, & alio adueniente, utimur uocabulo Aduenire: at quando primus morbus permanet, & alter etiam fiat, dicitur superuenire.

**T E R T I O** docet, Hippocratem de morbis superuenientibus loqui, ut considerant p̄cedētes aphorismos, & alios consequētes patet, unde Galenus potius laudat, quod intelligamus manēte lateralí morbo, & pulmonis inflammatione superueniat, cui morbo hoc statim inest, quod malus est: propterea superfluum uidetur, si malum addatur, quoniam iam explicatum est, etiam si non adiicitur: nam subintelligere opus est, ut communis est intellectus, & potentia ostenditur.

**Q V A R T O** docet, quando morbis alijs morbi superueniūt, suam consistētiam non sequi mites morbos, sed magnos & malignos, ut est in p̄senti Aphorismo scriptum, quando humor qui morbū laterale facit, in costis contineri non potest, aliqua eius pars ad pulmonem fertur, & simul cum morbo lateralí pulmonis inflammationem facit.

Quod legitur, Sed malos atq; malignos: Græce est, ἀλλὰ μεγάλοις τέ καὶ κακόνθετοι, id est, sed magnos atq; malignos, non autem malos.

Quod etiam statim sequitur, Exempli gratia: Græce est, οὐτοί, idest sicuti.

**Q V I N T O**, quia aliquis dubitare posset, numquid ad pulmonis inflammationem lateralí morbus consequatur. Galenus respondet, non admodum consequi solere, licet quandoq; possit, sed rarissime. & hæc est causa, quia si pulmonis inflammatione sit mitis, omnis humor noxius per sputum expurgatur. Si uero sit intensa inflammatione & perniciosa, æger strangulatur antequām materia illuc perueniat, ut costae patiantur.

Quod legitur, Patiant; legi potius debet. Compatiant, nam Græce habet, συμπαθεῖ.

## APHORISMVS XII

**A** Pulmonis inflammatione phrenitis, malum.

## BRASAVOLVS

**E T H I C** morbus ex superuenientibus intelligi posset, & etiam ex aduenientibus: ex superuenientibus quidem, ut Galeno placet, si pulmo à calido humore inflammatio nem

nem patiatur, multi uapores ad caput deferuntur, qui cerebrum implet & phrenitidem inducunt: tamen potest & aduenire, si materia transmutatur (quod difficillimum est) à pulmone ad cerebrū, & post pulmonis inflammationē phrenitis sequetur, hoc inquam malum est, quia ad nobilissimū membrum materia transmutatur. Tamen melius est intelligere quod morbus sit superueniens. Secundam expositionem datam Philotheus sequitur: nam dicit, ἦντειν τὸν γάρ μέσον μετάστοις γέγονε τὸς ὄλης. οὐν γάρ τοι τὰς πλευρὰς ἵπει τὸν θύμον, διπλούμενη λινεωτῷ, οὐδὲν εἰ γίγαφάλα ακνότῳ. idest, ad principaliorē partem materia transitio facta est; quanto enim pulmo principalior est pellicula tegente costas, tāto cerebrum principalius est, scilicet pulmone. Celsus capite septimo secundi libri aduenientem morbum esse indicat, ubi praecedentem aphorismum, & istum ita refert, post lateris dolores uitia pulmonum; post hanc, infaniam.

ἴδει ποδετονθυμονικόν, idest, à pulmonis inflammatione.] Vel in pulmonis inflammatione; de qua alías in hoc libro uerba fecimus.  
Φρενίτις, κακόν. idest, Phrenitis, malum.] De phrenide etiam superius abunde dissemuimus, quam Celsus infaniam uocant.

## G A L E N V S

**Q**VANDO à calido humore fit inflammatio pulmonis, quæ multos uapores transmittit ad caput, cerebrum implet uaporibus, & facit phrenitidem, alia autem communia sunt ad prius dictum aphorismum, non huic solum, sed etiam sequentibus.

## B R A S A V O L V S

**P**RIMO Galenus modum docet, quo fit phrenitis: fit inquam, si à calidis humoribus pulmonis inflammatio fiat; nam tunc uapores multi eleuātur, qui cerebrum petentes ibi conglobantur, & phrenitidem faciunt.

**S**E C V N D O docet, esse multa alia communia ad dictum aphorismum, non huic solum, sed etiam sequentibus: unde multa alia sunt, quæ superueniunt, vel superuenire possunt his morbis, & morbis consequentibus in alijs aphorismis; tamen de his solum mentionem facit Hippocrates, qui frequenter contingunt.

Quod legitur, Sed etiam sequentibus: noster antiquus contextus in una lectione eodem modo habet, ἀλλὰ τοῖς ἐφεξῆς. In alia uero lectione idem legit, quod Aldinus contextus, ἀλλὰ τοῖς ἐφεξῆς, idest, sed etiam hoc in sequentibus.

**A**B æstibus fortibus conuulsio aut distentio, malum.

## B R A S A V O L V S

**D**VPLEX erat huius aphorismi lectio apud antiquos: quidam legebant, Ab æstibus fortibus: quidam, à uulnernis fortibus: quicquid dicatur, uerum est, & in bonum sensum duci potest. Marinus antiquus Aphorismorum interpres intelligebat de uulnernis fortibus: quoniam de capitisi cito aphorismus etiam qui lequitur, pertractat. Illa uero sunt fortia uulnra, quæ in membris maxime sentientibus & principalibus sunt, & quia difficulter curantur & saeva faciunt symptomata, si in hoc uulnere conuulsio fiat, aut distentio, malum, nam si ex nimia sanguinis euacuatione sint, ex inanitione sunt. haec uero conuulsiones letales iudicantur. Vnde & in secundo quinti libri aphorismo dicebat, Conuulsio ex uulnere letalis est. At quia posset etiam ex repleione fieri conuulsio ex forti uulnere, in quo sit punctus nervus, & illuc tāta materiæ copia fluxerit, ut facta sit ex repleione conuulsio. Nos uero putamus Hippocratem de uulnere non esse locum, quia in quinto libro idem fere dixerat: quamuis & si de uulnere intelligamus, uerus sit aphorismi sensus. Alij codices legunt, à fortibus æstibus: quam lectionem Galenus laudat, & ita antiquissimi medici legebant. Tuncq; sensus est, In uehementibus carioribus si conuulsio, aut distentio fiat, malum est: quia necessario sunt ex siccitate & inanitione, haec uero sunt letales.

ἴδει λινεωτον ιχνεον. idest, ab æstibus fortibus.] Vel post fortes æstus, nam Celsus capite

pite septimo secundi libri hunc aphorismum ita refert, Post magnos feruores corporis, neruorum rigor aut distentio, tamen ipse non dicit, quod malum sit, uel bonum: sed solum haec sequi, & in illo capite de notis loquitur, quas aliquis in singulis morborum generibus habere possit. Sed ambigere posse, quid intelligendum sit per fortis & fatus: an scilicet caliditates extrinsecæ, uel intrinsecæ. Celsus intelligit, magnos corporis feruores. Per feruores uero apud ipsum, intelligo febres intensas. Quam sententiam & Philotheus sequutus est, inquiens, *πονός εἰν λαυρῷ τετράτῳ, οὐ τὸ ἐπόνον γίνεται νέστης.* idest, Hoc est ab ardente febre, quoniam ex siccitate sunt. Alij intelligunt, calores extrinsecos intensos ex aere ambiente: alij, calores ex cauterijs, & carentibus igne ferris factos. Quomodo cuncte intelligatur, semper est malum, quando sunt ex siccitate conuulsiones.

*πασσούς οὐ τέτανθε, νεστής.* idest, Conuulsio, aut distentio (aut rigor, secundum Celsum) malum.] Nempe sunt ex inanitione, quæ letalia esse Hippocrates prodidit.

## G A L E N V S

**M**ULTI expositores ita scribi hunc aphorismum cognoverunt. Marinus uero à uulneribus scribit. Et enim sequentem aphorismum ait sibi adstipulari. Verum quidem quod à uulneribus fortibus sunt inflammationes, ac conuulsiones. Sed quum omnes ferè expositores, præcipue uetusissimi, illam norint scripturam, quæ habet, Ab aestibus fortibus, Melius est, ut nos etiam eandem exponamus. Quidam igitur pro aestibus, febres intellexerunt: nonnulli uero ambientis feruorem ita nominari dixerunt: alij, pro cauterijs & escharis. & omnes uerum dicunt. Superueniunt enim his omnibus haud quaquam ad bonum distentiones ac conuulsiones, propter neruorum siccitatem, quas diximus esse difficillimas.

## B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet, hunc aphorismum à multis expositib[us] ita legi, ut superius scriptum est.

**S E C U N D O** docet, Marinum antiquum Aphorismorum interpretem non legere, à fortibus aestibus, sed à fortibus uulneribus. & dicebat sequentem aphorismū huic suæ sententiae adstipulari: nam de iectu loquitur.

**T E R T I O** docet, id omnino uerum esse, in fortibus uulneribus inflammationes atque conuulsiones fieri. At quia omnes expositores, & potissimum uetusissimi habuerunt hanc scripturam, à fortibus aestibus: properea ita iubet intelligendum Hippocratem atq[ue] legendum. Celsus, qui longo tempore ante Galenum scripsit, non legebat uulneribus, sed feruoribus.

Quod legitur, Verum quidem quod à uulneribus fortibus. legi debet, Verum quidem quod & à uulneribus fortibus, ubi uides illam particulam. Et, esse ferè necessaria, quæ in Graeco codice ponitur ita dicente, *ἀλγεῖς μὲν οὐν καὶ τὸ πῆσις ιχυός σφάματο.* id est, Verum hoc & in uehementibus uulneribus.

**Q U A R T O** accingit se ad exponēdam illam particulam, ab aestibus fortibus. & nat aliquos per fortis aestus febres intellexisse: alios, aeris ambientis feruorem: alios, cauteria & escharas. iudicatq[ue] omnes uerum dicere: quia ad hæc omnia, conuulsiones & distentiones ex siccitate sequuntur, quas difficilliores esse dixit.

Quod legitur, Difficillimas; Graece est, *χαλωτάνους.*

## A P H O R I S M V S X I I I I

**I**N capit[us] iectu obstupescientia & desipientia, malum.

## B R A S A V O L V S

**S I Q U I S** capite percussus sit, & obstupescat uel desipiat, signum est cerebrum esse laetum, quod malum est, nam principalissimum est nostri corporis membrum. Celsus capite septimo secundi libri hunc aphorismum ita refert, Vbi caput uulneratum est, delirium

lirium. Ipse intelligit delirium sequi: sed an bonum uel malum sit, hoc loco non determinat. Constat uero nunquam esse bonum, sacratissimā partem atq; perfectissimam pati. εἰς τὴν γῆν οὐ τὸν λεπραλών. idest, In iētu ad caput.] Alij codices habent, εἰς τὴν γῆν τὸν λεφραλών. idest, in capitib; iētu; ut Leonicenus uertit. Per iētū uero, percussionem intellege, quæ uel contuderit, uel incidenter. Et si petas, de qua parte capitib; loquatur; nos simpliciter in omni parte hoc intelligimus. Tamen Philotheus, particulariter temporales species specificat, inquiens, Διάλογος γέρων καὶ λεπραφίτης μύστης τεπυθόντας. πόντας γέρων πληττόντας, συμπάχει ὁ ἐγγεφραλών, γνωσθέντης πτεραφροστῶν καὶ ἐκπλήξεων, οἵτινες ἀπλουθεῖσαι ἀδωντας γέρων τὸν ἐγγεφραλών λεγειν τεπυθόντας. οὐδὲ γέρων οὐ μάνον πανόρ, ἀλλὰ θαυματῶδες. id est, Ostendit enim temporales musculos passos esse his enim percussis, cerebrum compatitur. hinc desipientia & stupor, idest mentis alienatio sequitur. Impossibile enim est dicere, cerebrum pati: nam hoc non solum malum, sed etiam letale. Nos uero unum quenq; capitib; iētū in quacunq; sit parte intelligimus, etiam si facta sit incisio usq; ad cerebri substantiam, & membranae abscisæ sint.

Ἐκπλήξις, idest stupor. Uel obstupefcentia. Ita ut apertis oculis maneant, nihilq; loquantur, quod ex iētu fit, qui cerebrum concusserit. Potest autem hic stupor magis & minus esse intensus: ideo maius & minus malum significabit.

Ἐπεραφροστή, καρόν. idest, Vel desipientia (uel delirium, ut Celsus interpretatur) malum.] Potiusq; legendum est disiunctive, ut Græcus contextus habet, quam copulatiue, ut Leonicenus uertit: quia unum horum adest fatis est: immo si unum adsit, aliud abest, si ita sint, ut à Galeno in Commentatione declarantur. Per desipientiam uero, delirium intellige, ita ut ea dicant, quæ non sint rationi consentanea.

## G A L E N V S

D E S I P I E N T I A quidem agnoscitur loquentibus, agentibus' ue nihil consentaneum rationi. Obstupefcentia uero, quando neq; aliquid dicunt, neq; agunt, sed apertis oculis quieti manet, similes his qui ex timore sunt attoniti. Quod uero hæc omnia huiuscmodi fiant cerebro paciente, manifestum. Ostensum enim est in eo esse animæ principatum. Si igitur in fine aphorismi scriptum sit, malum, liquet quod recte dictum fuit, indicio enim sunt, quod iētū intra ad cerebrum penetraverit. Si uero non scribatur, nos nihilominus possumus subaudire, sicuti antea diximus à cōmuni. Possimus autem & quia huiuscmodi casus una indicant cerebri læsionem, magnitudinem passionis considerare,

## B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, quid intelligendum sit per πτεραφροστῶν, idest desipientiam: nos desipientiam cognoscimus, quando uidebimus homines, aut nihil loqui, aut nihil agere quod rationi consentaneum sit. unde non ab re Celsus interpretatus est, delirium. nempe qui ita agunt, delirant.

S E C U N D O docet, esse ἐκπλήξιν, idest obstupefcentiam, quando nihil agit homo & nihil dicit, sed quietus apertis oculis manet, ijs similis, qui ob timorem sunt attoniti. Quod legitur, Sed apertis oculis. Græce habetur, ἀλλὰ αὐτωνομίας της ὄφεως, idest, Sed reclusis oculis.

Quod etiam legitur, Similes ijs qui ex timore sunt attoniti: Græce habetur, ὄμοιως της τῶν θεοῦ ἐκπλήξεων. idest, Similes ijs qui præ timore obstupefcent.

T E R T I O docet, certum esse omnia hæc cerebro patiente fieri, nam declaratum est, in cerebro esse partem animæ principalem.

Quod legitur, Animæ principatum: Græce est, τῆς ψυχῆς ἡγεμονία. idest, animæ principalis pars.

Q U A R T O dicit, si addita sit particula Malum, in fine aphorismi, recte dictum est: nam signum est, iētū ad cerebrum usque penetrasse. At si non scribatur, illam subaudire oportet: ut superius diximus, subintelligendam esse tanquam communem particulam multis aphorismis.

Deniq; addit, quum hæc symptomata cerebri læsionem indicent, nos passionis magnitudinem considerare possumus, & secundum illam iudicare.

**A** Sanguinis sputo, puris sputum.

## BRASAVOLVS

NOSTER antiquus codex non habet particulam, malum, Aldinus habet: tamen uel adsit, uel absit, semper subintelligenda est. Si post sanguinis sputum, puris sputum sequatur, malum est, quia significatur pulmonem ad suppurationem deuenisse: quoniam de sanguine à pectore ueniente uerba facit, nempe, ut Philotheus dicit, *vñp īx ñw ñapar. nñwñ moçlwp ñvñridētou qñpēdru ñ ñmua.* idest, Nunc ex partibus thoracis sanguinem deserit supponit. Galenus in introductorio sibi adscripto, de locis ex quibus sanguis emanat agens, tres esse dicit. primus iuxta tonsillas, unde minore cum periculo sanguis rejicitur, faciliusq; sifitur: secundus aspera arteria, atq; hic morbus curationem difficulter ac cipit, plenusq; periculi est: tertius pulmo, ubi minus omnibus præsidij, magis periculi affectus habet: comitatur enim maxime suppuratione, & tabes. si Hippocrati fidem adhibemus, cuius uerba hæc sunt, Sanguinis sputationem pus, hoc tabes, tabem uero mors sequitur. præsentis & sequentis aphorismi sententiam ponit, in modo & simul legi deberent.

*wdi ñquar O. ñvños.* idest, A sanguinis sputo. ] Qui sanguis aut à pulmone, aut ex aliqua thoracis parte exeat, uel per uenæ fractionem, uel per exsionem, uel per refudationem, uel per oris uenarum apertione, & perseveret, nam siuit semel, aut bis continget, puris sputum sequi non esset opus.

*rvov ñvños.* idest, Puris sputum. ] Aldinus codex addit, *ñvñy,* idest malum, non potest autem puris sputum contingere, nisi facta sit aliqua in pulmone exulceratio, uel in aliqua thoracis parte. sed conuenientius erit Galeni Commixtione perlecta, in sequenti aphorismo hunc etiam considerare.

## GALENS

**Q**VOD omnis hæc enumeratio sit eorum quæ proprie superuenientia uocantur, de quibus Praxagoras unum uolumen scripsit haud paruum, manifestum esse arbitror ex ipso aphorismo. Neq; enim omne sputum sanguinis sequens habet sputum purulentum, sed quod malignum existit; tale autem est omnino ex pulmone.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, manifestum esse ex aphorismo, quod *ñtō ñ vñrñlēz O.* idest, hæc enumeratio, eorum fit quæ proprie superuenientia uocantur: de quibus Praxagoras magnum uolumen scripsit.

Quod legitur, De quibus Praxagoras.lege, De quibus & Praxagoras. nam contex-  
tus Græcus ita dicit, *ñtā ñpafayóp̄as.* quod conuenit: nam & hic de superuenientibus lo-  
quitur Hippocrates.

SECUNDО docet, nō omne sanguinis sputum post se puris sputum habere, sed so-  
lum sanguinis sputum malignum: quod magna ex parte, ex pulmone est.

Vbi legitur, Sed quod malignum existit: deest particula, solum. nam Græce legitur,  
*ñtā ñ vñrñlēz uóry.* idest, quod malignum solum existit.

Quod etiam legitur, Omnino: Græce est, *ñtā ñpafayóp̄as.* idest, magna ex parte, itaq; po-  
tius interpretandum est, q; omnino, quoniam, ex magna parte ita est, & non semper.

## APHORISMVS XVI

**A** Puris sputo phthisis, & fluxus: quum uero sputum retinetur, moriuntur.

## BRASAVOLVS

SICHVN C aphorismum recte considerare uoluerimus, & necessitatem cōsequendi  
unum ex his ad aliud, opus est intelligere sanguinis sputum esse ex pulmone. deinde  
puris sputum ex pulmone, tūc enim post puris sputum sequitur phthisis, quia pus illud  
ex pulmonis exulceratione prodibat. Pulmonis uero exulceratio consumptionem &  
phthisim facit: in phthisi uero quandoq; capillarū defluxus, quandoq; unguium, quādoq;  
uentris

uentris sunt, quando scilicet sunt morti propinqui. Tunc uero potissimum moriuntur, quando sputa retinentur, etenim facilius eo tempore suffocantur. Philotheus praecedens aphorismum, & istum, unum facit: simulque hoc modo commentatur, dicens, supponi sanguinem ex thoracis partibus deferri, φέρεται δὲ οὐδὲ ἔργον, οὐδὲ βραστόν, οὐδὲ αναστίματον. τὸν οὖν τὴν τοῦ ἀμματοῦ πήνους εἰς θηλῶν ὁσιόντος τῆς φύσεως, καὶ εἰς πάνυ μεταβάλλοντο τὰς ὑπόλιθους πάνυ πήνους ἐπεπονθάνοντας δὲ ἀδιέθεντος τῆς πήνους τὴν παρόδιαν ἀμβλωάσοντο τὸ λασικόν πεπλάκαν, καὶ μη χωρηγεῖσθαι παρὰ ὅλην τὴν σθέναν, γίνεται δὲ τοῦ φθορᾶ πεπλάκαν. idest, Desertus autem uel per uenae fractionem, uel exsitionem, uel apertioinem. In sputo igitur sanguinis multiplicatas iter facit materiae, & materiam in pus mutat, & sanguinis spumam sequitur. Hoc autem sputo in transitu permanente uitalem spiritum hebetante, & cum non suppeditetur per totum corpus ( scilicet spiritus vitalis ) eliquatio uel tabefactio fit, quæ phthisis nuncupatur. Tamen uidetur in secundo uersu deprauatus Philotheus. Pro perfectiori autem huius aphorismi intellectione, id annotare oportet, quod à Paulo capite trigesimoprimo tertij libri scribitur, sanguinis sputum ex multis partibus fieri posse, ex capite, ex uentriculo, ex ore, ex cäna. Cum uero à pulmone est, ita cognoscitur; est sanguis spumosus, subcandidus, & ex interuallo absq; dolore, angustiaq; extrahitur, ex nullo sanguinis sputo phthisis fieri potest, nisi uel ex pulmone sit, uel ex altera parte tamen ad pulmonem descēdat, & illum exulceret. An uero hi sanari possint, præfertim quando sunt in principio, Hippocrates in primo libro De morbis, docet, inquietus; pulmo & ex his purulentus redditur, cum eius uenae labore franguntur: quæ si crassæ sunt, plus sanguinis emittunt: si tenues, minus, qui in pulmone putreficit, pusq; efficitur. tempore uero procedente p̄is sincerum quandoq; sputum, quandoq; cruentum sanguinem, purum quandoq;. Quæ uena si crassior est, cum plena est, sanguinis frustula sputum, pusq; crassum, pituita putrefacta, hic si per morbi exordia hoc corripiatur prius quam uena sanguinem emitat, ualde uel laxetur, priusquam extenuatus iaceat, caputq; corrumpatur corpusq; tabescat, curetur, morbum hunc euadet. Si uero negligat, haecq; omnia uel plurima patiatur, uel ijs qua dixi ante, uel plurimo sanguinis uomitu peribit. Hæc Hippocrates. Aetius libro octavo capite quinquagesimonoно usq; ad caput sexagesimum sextum de sputo sanguinis, & quid ipsum sequatur, ubertim agit.

τὸν τὸν πήνους, idest, à puris sputo.] Quod potissimum à pulmone prodeat.

φθορᾶ, idest phthisis.] Quam nonnūquam Celsus tabem uocat, sequitur. Etenim pulmonem exulceratum esse significat: eo autem exulcerato phthisis sequitur.

Kαὶ πύνες (noster antiquus codex habet πύνεται) idest & fluxus.] Galenus per fluxum capillorum profluuiū intelligit, uel etiam uentris defluxum. nam cum in extremo uitæ sunt, uentris defluxū incident, atq; capillorum, Hippocrate in quinto libro, aphorismo duodecimo dicente, Quibuscumque tabe laborantibus capilli à capite defluunt, ijs alii profluuiū superueniente, moriuntur. & aphorismo decimoquarto, à tabe habitō profluuiū alii superueniens, letale. Hic igitur opus est per fluxum uel capillarū profluuiū intelligere. Quod fit ex nimia corporis & capitidis siccitate, quia capilli amplius nutrimentum non habent. uel alii profluuiū, quod fit ex nimia uirium imbecillitate, de his uero nos plura egimus libro quinto. Philotheus etiam hic dicit, ἐδὲ πανύπολις φύσιται κατέπτωσις, ὡς καὶ φύσις τεχνηθεῖσθαι, οὐ τοιλαῖς χελευτώσθεον. Μηδοὶ γαρ τὰ πτώσια τὴν διωδευτικήν.

idest, Si autem talis fiat defluxus, ut uel capillorum uel uentris fluxus fiat, peius: nam uires proceduas ostendit.

ἐπιπλὴ δὲ ἡ πτώσις εἰσιλαμένη. idest, cum uero sputum retinetur.] Ob eam causam quia in pulmone congregatur, & uis expultrix non est amplius apta expurgare.

ἀρθρίστηκαν, idest moriuntur.] Nam tanta huius materiae copia in pulmone abundat, ut moueri non possit, sed necessarium sit patientes cito suffocari.

## G A L E N V S

**Q**VAM proprie Græci, & præfertim Athenienses nominant phthoen, hanc nunc totius corporis cum febre parua extenuationem. Fluxum autem aut de capillarū defluo, aut de humida dixit defectione: ambe enim consueverūt eueniare, cum tabidi ad extremitati mali perducuntur, alterū ex siccitate, altera ex potentia debilitate. Quod uero in fine

fine scribitur. Si autem sputum retineatur, moriuntur, modum mortis ostendit illorum qui ex phthoe moriuntur. Eo usque enim extentiati trahunt, donec per ea quae expuunt, possunt pulmonem expurgare. Cum uero intus manent, obserantur quidem uitæ spiritus, patientes uero strangulantur.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, nunc ab Hippocrate phthisim vocari, totius corporis extenuationem cum pauca febre, quam insanabilia pulmonis ulcera sequuntur, & quam Graeci utocabulo proprio, & praesertim Atheniensis φθόνοι nominant.

SECVNDO docet, quod per σπον, id est fluxum, aut capillorum defluvium, aut aliis profluviis intelligit, nam haec duo tabidis contingit, solent cum in extremo sunt: capillorum quidem profluviis ex fuscitate, aliis uero profluviis ex uitium imbecillitate.

TERTIO docet, id quod in fine aphorismi scribitur, Si sputum retineatur, moriuntur. Mortis modum quo moriuntur ostendere, hi qui tabidi occumbunt: nam eosque uiuent extenuati, quousque possunt per ea quae expuunt, pulmonem expurgare. Sed cum intus manent, uitæ spiritus clauduntur, & patientes strangulantur, unde mortis modus strangulatio est.

## APHORISMVS XVII

**I**N hepatis inflammatione singultus, malum.

## BRASAVOLVS

OMNES hi aphorismi & qui partim dicti sunt & partim dicuntur, absque particula Malum, legi possent, ut solum superuenientia edocerent: tamen & quia illa semper malia sunt, propterea non ab re est, si etiam malum addiderimus. Si iecur inflammationem patiatur, quae effatu digna sit, & intenso calore affecta, singultum superuenire certum est. nam si esset parua inflamatio, non superueniret, est uero malum: quia superueniente singultu ostenditur magnam esse inflammationem, quae uentriculo etiam communicatur. Hippocrates quinto Aphorismorum libro, aphorismo quinquagesimo octauo, huius aphorismi mentione facit, uel hic aphorismus est illius pars: nam dicit, Recto intestino, aut utero inflammatione patiente, urinæ stillicidium accedit, & renibus purulentis urinæ accedit stillicidium: hepati autem inflammato singultus superuenit. In illo aphorismo ubertim docuimus, quomodo singultus fecoris inflammationem sequatur, & quam inflammationem sequeretur cuiuscunque partis, an gibbae, an concavae: nam multum differt in gibba, uel in concava inflammationem fieri: nam in gibba hoc efficere non posset, scilicet singultus, nisi inflammatio tam magna esset, ut ad concauam partem perueniret, immo neque ex inflammata cœca singultus fieri potest, nisi inflammatio sit magna. Celsus capite septimo secundo libri, inquit, frequens singultus, & præter consuetudinem continuus, iecur inflammatum esse significat, ut hic Celsus non de superuenientia singultus ad iecoris inflammationem loquatur: sed ex hoc signo, quod est singultus, iecoris inflammationem esse iudicat: & omnes antiqui medici in magna iecoris inflammatione, singulum pro signo ponunt.

Ἄνθη φλεγμων τὸ ἄπατο. id est, in iecoris inflammatione.] Sub qua & erysipelam intellige, & opus est magnam inflammationem intelligere, quam Graeci φλέγμων vocant ab æstu quem facit, de quibus Paulus capite quadragesimo sexto tertii libri, & Aetius libro decimo, capite tertio, in quo loco præter singultum multa alia signa refert.

Λύγε, κακό. id est, Singultus, malum.] Nam singultu superueniente opus est inflammationem esse magnam: & ideo malum est, & causa est, ut Philotheus dicit, quoniam οὐ γάρ ὅτι πολλὰ διψή καὶ πάνισσες, καὶ οὐ διάπεσσες, ὡς τὰ φθάσατε τὴν συνοχεῖαν μέχει τῶν την πλευρῶν φλέγμων τὸ λύγε, οὐτοῦ διλοί φλέγμων πολλοὺς της ἐνθρεμαίνει τὰ πόδια τὸ γαστερα, Καὶ σόντα αὐτῷ, Καὶ λύγε ποιεῖ. id est, multam esse plenitudinem ostendit atque extensionem, ut angustia usque ad ipsum uentriculum perueniat, & ipso coarctato fit singultus: uel quoniam ostendit igneum inflammationē, quae partes quae circa uentriculum sunt, & eius os calefaciens, singultum facit,

G A L E

GALENVS

**D**IXI antea q̄ & omnes hi seriatim scripti aphorismi, de casibus docēt, qui passio-  
nibus auctis, & iam deterioribus factis, superueniunt. Quomodo igit̄ nunc singul-  
lus hepaticus inflammationē patiēti dicitur superuenire; non semper, nec quomodolibet  
patiente, sed quando ad magnitudinem attollitur, seruēte inflammatione, in quo feruo-  
restomachus ad compassionem trahitur, nonnunquam communium neruorum ratio-  
ne qui sunt, ut ipse docuit in secundo Epidemiarum, brevissimi. Quare tunc solum com-  
passio fit stomacho ad hepar, quando inflammatio, & maxima, & pessima fuerit, & qui-  
dem bile satis calida, & multa in huius visceris inflammationibus genita, ac cōfluente  
ad intestinorum principium, atque ita superfluitante, atque ad uentriculum recurrente  
contigit os eius morderi, atque ideo singultire. Nonnulli uero arbitrantur magnitudi-  
nem inflammationis uentriculum premere, ac singultum facere, non habente exitum  
spiritu, quemadmodum inquiunt.

## BRASAVOLVS

**P R I M O** Galenus docet, se antea dixisse, quod omnes aphorismi seriatim scripti de  
passionibus & symptomatibus loquuntur, quae superueniunt passionibus ipsis auctis:  
unde & in præsentiarum dicitur singultum inflammationi fecoris superuenire, & hoc  
non semper, nec in omni passione, sed solum quando passio magna fuerit, & inflamma-  
tio adeo ignea, ut simul stomachus compatiatur.

Quod legitur, Quomodo igit̄ nunc singultus. Græce est ἔτως οὐκεντὸν καὶ λύγη. id  
est, Sic igit̄ & nunc singultus.

**S E C U N D O** docet, quomodo stomachus compatiatur, uolens quod nonnunquam  
communium neruorum ratione id fiat, qui sunt brevissimi, ut in secundo Epidemiarum  
dixit. In hoc autem casu solum fit compassio in stomacho à icore, quando inflamma-  
tio maxima & pessima fuerit. quandoq; uero compatitur, quando bilis calida & multa  
in fecoris inflammatione genita, & ad principium intestinorum confluens, deinde ad  
uentriculum regurgitans, os eius morderi, & singulture facit.

Quod legitur, Superfluitante, Græce est ὡς πολαρόντες. i. emergente in superficiem.

**T E R T I O** quorundam rationem ponit, qui dicebant, magnitudinem inflammationis  
uentriculum premere, & singultum facere, spiritu exitum non habente. hos tamen  
potius despicit, quam probet. nam in fine addit, quemadmodum inquiunt, ac si dicat,  
ipſi ita dicunt, quamvis uerum non sit.

Quod legitur, Inflammationis, legi debet, inflammationis fecoris. nam Græce habet  
tur, τὸς φλεγμονῆς τὸ οὔπατος.

**I**N uigilia, conuulsio, uel desipientia.

## BRASAVOLVS

**VIGILIÆ** humana corpora extenuant, & exiccat, unde illud Ouidianum,  
Extenuant iuuenum uigilate corpora noctes.  
Quæ si diu perseverent, conuulsionem inducere possunt: exiccatis etiam neruosis parti-  
bus, uel cerebro exiccato desipientiam. Quæ mala sunt, etiam si ab Hippocrate in apha-  
rismo, malum non addatur, nam ab eodem Hippocrate in calce libri secundi De ratio-  
ne uictus in morbis acutis, de uigilia hæc dicuntur, Ingens uigilia, ut cruditatem, inco-  
ctionemq; tum ciborum, tum potionis efficit; sic in diuersam partem transmutatio cor-  
pus resolut, & uelut decoctum reddit, capitis grauitatem inducit.

[*ιδεῖται εἰς τὸν νυκτίνα*, id est in uigilia] Quæ scilicet magna sit, & perseverans; nam si per unam  
solam noctem quispiam uigilaret, hæc non sequentur. Vigilia uero & cum febre, &  
sine febre fieri potest. de ea quæ cum febre fit, Paulus libro secundo, capite quadragesi-  
mosecundo differit. De illa uero quæ sine febre, libro primo, capite nonagesimo octauo.  
Si cum febre sit, hæc quæ dicuntur ab Hippocrate citius fieri possunt, quia febris ipsa  
ad siccitatem adiuuat.

**Σπασμός**, idest conuulsio. ] Quæ scilicet ex siccitate est. Mala autem est, ut Philotheus dicit, **δέσμη ἐγράπτη διγλυντογίνεσθαι, οὐ καὶ ἀγρωνια ἐγράπτη ποιεῖ.** idest, Quoniam à siccitate fieri ostenditur, uigilia enim siccitatē facit.

**ἢ παραφροσών, κακόν.** idest, Vel desipientia, malum. ] Quoniam & ipsa ex siccitate est, imò, ut Philotheus dicit, **εἰ δέ τοι παραφροσών τὸν γρύντον, χελευθέρῳ φροντίᾳ γράψῃ επίπτου τῆς ἐγράπτης.** idest, Si aut & desipientia superueniat, peius nam siccitatis intensionem ostendit. Galenus autem uidetur fere uoluisse conuulsionem desipientia peiorē esse, nam in fine commenti dicit se uidisse aphorismos diligenter scriptos, in quibus dearet particula desipientia; additq; hīc Hippocratem solum enumerat pessima, quæ superueniunt, ac si dicere uoluerit, desipientiā non esse adeo malum. præterea dicamus, per desipientiam duo intelligi posse, & ueram desipientiam ex siccitate factam, quæ est longe peior conuulsione; & quandam mentis alienationem, & quodammodo uacillatio, nem, quæ est potius quedam cerebri laſſitudo ex uigilia, haecq; non est peior conuulsione, nam ex somno cito abiit, uera autem desipientia facile non abit. Celsus & ipse, qui ante Galenum scripsit, hunc aphorismum referens non ponit hanc particulam desipientia, nam libro secundo capite septimo dicit, ubi uigilia torsit, nerorum distensio. In capite autem quarto eiusdem libri dicit, pessimum tamen est, si somnus, nec noctu, necq; interdiu accedit, id enim fere sine continuo dolore esse non potest.

## G A L E N S

**Q**VIDAM & hoc loco malū subiungunt. Nos uero prius diximus, quod si etiam non subiungatur, potentia continetur. Cur uero immoderatis uigilijs conuulsio succedat, aut desipientia, manifestum est huic qui priora meminerit, nam dictum est ab ipso Hippocrate, conuulsionem ita à repletione fieri, sicuti ab euacuatione. Ex his autem quæ maxime euacuant, & exiccant, uigiliae sunt, atq; ideo conuulsionem ex siccitate faciunt, ac desipientiam immodeca siccitatis ratione, ac præterea quia in longis uigilijs biliosior redditur sanguis. In quibusdam tamen exemplaribus, & quidem diligenter scriptis, hic aphorismus scriptus est sine uerbo, desipientia, hoc modo uidelicet: In uigilia conuulsio, quia ut arbitror, pessima quæ superueniunt, ab Hippocrate scribuntur hoc loco.

## B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet, quosdā huic aphorismo addere malum; & nos nullū exemplar uidiūmus: cui hæc particula defuerit; tamen & si non addatur, subintelligenda est.

**S E C U N D O** dicit, manifestum esse, cum ex immoderatis uigilijs conuulsio uel desipientia fiant, si quis in memoriam illa repetat quæ ab Hippocrate superius dicta sunt. Ipse uero conuulsionem distinxit, in eam quæ est ex repletione; & eam quæ est ex inanitione. Vigiliae uero ex ijs sunt quæ maxime euacuant & exiccent: præterea conuulsio, nem ex inanitione & siccitate facere possunt, & etiam ex siccitate desipientiam. Adde, quod in longis uigilijs sanguis biliosior efficitur.

Quod legitur, Manifestum est huic qui priora meminerit, potius legendum est, ei.

Quod etiam legitur, Nam dictum est ab ipso Hippocrate, legendum est, & ab ipso Hippocrate. quoniam Græce legitur, **καὶ τὸς αὐτῷ ἐπικράτεται.**

**T E R T I O** docet, in aliquibus exemplaribus etiam diligentissime scriptis abesse illam particulam Desipientia; & id in causa esse iudicat, quia pessima quæ superueniunt, ab Hippocrate scribuntur, ac si uelut conuulsionē esse peiorē: tamen & superius Celsus adduximus, qui hunc aphorismū referens, particulā illam Et desipientia, præterit.

## A P H O R I S M V S X I X

**I**N ossis exutione, erysipelas.

## B R A S A V O L V S

**I**N hoc loco potissimum addendam esse particulam malum, Galenus iudicat, quia simpliciter uerum non est, post ossis exutionem erysipelas consequi. imò plerunq; sunt exuta ossa absq; erysipelata; tamen si fiat, dum os exutum est, malum est, nam hoc fieri non

non potest, nisi cum uehementi putrefactione, qua in carne consolidationem prohibet, & os adeo male afficit, ut opus sit os ipsum abscedere: propterea sunt ulcera annua, & etiā diuturniora, de quibus in sexto libro agit. At ne ideo putas erysipelam in detecto esse malam esse, ut in tecto bona sit. Philotheus ante hunc aphorismum alium habet, quem hoc adducere non erit molestum: quamuis in nullo Græco contextu ipsum inueniri: hic uero est, ἐπὶ ληθαργῷ τρόμῳ, νανῷ. idest, In lethargo tremor, malum.

At ne quicquam desideres, & nihil nos intactum relinquamus, haec est Philothei commentatio, quam huic aphorismo facit, ὁ ληθαργῷ πάθῳ διὰ πάθῃ ἐγλεφαλὸν σωσίσ-  
μενος, οὐκέτι Φυχᾶς ὑλις τὸν ψύμπον ἔχων, οὐκέτι δὲ στοιχορρογόν, σωτηρία τῷ φυτικῷ πνεύματος ἀπόκτητο, πλὴν μετὰ βλυχῆς πυργοῦ δὲ πάθῳ γίνεται, εἰν αὐτῷ εἰπεῖ ληθαργῷ τρόμῳ φυνόν, κακόγ., πάθῳ ἀσφαλέσ. Θυλοὶ γαρ ποιῶνται εἰς τὸν φυχαῖν ὑλινόν, οὐκέτι τωπάνου μεταπεμβάνειν, λεκκάδην δὲ τούτου πληρώσεις παθάδη. ἀλλα οὐδὲ τούτῳ αφοεισικαρι θέτει γνήσιον τρόμον ἐπὶ ληθαργῷ παντού ἐφεν, οὐδὲ τὸ θηλωτὸν ἄμετρον ξύροπτε, idest, lethargus passio est circa cerebrum constituta, ex humida & frigida materia generationem habens, ex qua & inexpugnabilis sopor cum imbecillitate naturalis spiritus acquiritur. uerūtamen post lenem febrem passio fit: si igitur in lethargo, tremor apparet, malum, idest periculosum. Nam ostendit tantam esse frigidam materiam, quae & dorsi partes occupet, & hinc neruorum genus ob repletionem conuelliuntur. Quidam uero alter aphorismorum expositor, tremorem in lethargo malum dixit, quoniam immodicam siccitatē ostendit. Hæc Philotheus in hoc aphorismo, quem in nullo Græco codice inuenire potui, & quod mirum est, in antiqua Constantini Aphricani translatione adest Galeni commentatio supra eundem aphorismum, quam hic referre statuimus, ne aliud quærere cogaris, si tibi animo sit illam uidere. Dicit igitur (in illa barbara translatione) Galenus, Lethargia est apostema in puppi cerebri, ex materia phlegmatica generatum: tremor igitur in ea malum est. significat enim materiam propter incontinentiam sui, ad neruos motiuos deuenisse, qui à parte posteriori sunt magis, ut dictum est alibi, ex cuius infusione nerui sunt remolliti, ut spiritu non omnino, sed aliqualiter deficiente, nec neruis ut in paralyssi omnino remollitis uirtute regitiua membra sursum ferantur. & quia nerui remolliti non sufficiunt dare membris sufficientem & firmam sedem & stabilem, membra iterum sua grauedine descēdunt, ex quibus motibus contrarijs fit tremor, quia materia uentositas resoluta myringas, & neruos, qui ab eis oriuntur, mouet, & concutit, unde tremor fit. Hæc est antiqua huius Commentationis Galeni interpretatio, quæ & si barbara sit, & Apolline indigeat, tamē melius est illam ita habere, quam nullo modo habere. nam putamus hunc aphorismum Hippocraticum esse, præsertim si hoc modo intelligatur. Si manente lethargia, tremor fiat, malū. nam significatur, tantam materiæ copiam, ut una portio satis sit pro lethargia seruanda, & alia ad neruos transmitti possit. At si post lethargiam tremor fieret, uel superueniente tremore, lethargia abiaret, bonum esset: quia materia, qua in nobiliore loco erat, ad ignobiliorem transmittitur. Nunc uero ad aphorismum in principio propositum redeamus.

ἐπὶ οἴσου φιλάστῃ, uel φιλάσθῃ, ut alijs contextus habent. i. in ossis exultione. ] Hoc est quādo os detectum fuerit. nempe omnia nostri corporis ossa, præter dentes, tecta sunt. ἐρυσίπελας. idest, Erysipelas, uel ignis facer. ] qui ex bilioſa materia fit. Adde malum esse, quia uehemens putredo significatur, in qua necessarium est, os male affici, postea difficulter in sanitatē perducitur. Intellige uero erysipelam esse in carne & non in osse: tamen Paulus capite septuagesimo septimo sexti libri iubet, quando os spoliatum est, esse desecandum. Philotheus hunc aphorismum hoc modo interpretatur, φιλάστη δὲ, οὐ τῷ φυτικῷ παραβλήματος σέρηνος, εἰν δὲ ἐπὶ οἴσου φιλάστῃ, οὐ τῷ σερίστῃ στερκόν οὐδὲ μίγματος ἀπόγνωται κατόν δὲ. Θυλοὶ γαρ ἐπιέργοις αἱματικοῖς τρέψας ὑλοις, οὐ πλαβιβρώσκει, οὐδὲ ἐκδιατασσάταις ἀπλευθραῖς σέρκεσ. οὐδὲ ἐρυσίπελας οὐδὲ ἀμέτρης σαρδοχολικωτέρης γίνεται. idest, Denudatio est priuatio naturalis indumenti. Si igitur in ossis denudatione, uel carnium & pelvis priuatione superueniat (scilicet erysipelas) malum est. Ostendit enim affluētiam materiae magis sanguineæ, quæ suprapositas carnes exedit atq; absumit. erysipelas enim à sanguine flauibilioſiori fit.

**H**OC IN loco maxime oportet subaudire malum. neq; enim hoc dicit quod semper, aut magna ex parte exutis ossibus erysipelas superueniat: nam potius contra trium uerum est, quod ita patiētibus ossibus raro superuenit erysipelas. Sed quod casus prauus est, osse nudato carnem circumstantem uideri ab erysipelate apprehensam.

## B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet, in hoc aphorismo potissimum subaudiendum esse, partculam malum.

**S E C U N D O** docet, hic ab Hippocrate nō dici, quod semper, uel ut plurimum exutis ossibus erysipelas superueniat. nam hoc falsum est, imo potius contrarium. nam ossibus denudatis, raro superuenit erysipelas.

**T E R T I O** docet, hunc esse Hippocratis sensum, Osse denudato, si circumcisus caro ab erysipelate capiatur, esse casum prauum, nam uehemens putredo significatur, ob quam & os compati necessarium erit.

## A P H O R I S M V S   X X

**A**B erysipelate, putredo, aut suppuratione.

## B R A S A V O L V S

**H I D V O** aphorismi ita se consequuntur, non quod per ordinem necessario fiant, sed si erysipelas in ossis detectione adsit, malum est; si uero erysipelas uel cum ossis detectione, uel sine detectione adfuerit, cui putredo aut suppuratione superueniat, malum est; nam significatur ignem hunc sacrum malignum esse, aliter non haberet iunctam tam magnam putredinem. & quando huic perueniuit, Celsus libro quinto capite trigesimo, sexto, dicit, quod igne indigent, ut locus aduratur.

ἐπὶ ἐρυσιπέλαις συπελάω. idest, Ab erysipelate putredo.] scilicet malū est: quia ostenditur naturā adeo imbecillam esse, ut has materias præseruire nō possit, ne putrefascant, uel saltēm impotentem esse ad ipsas resoluendas. & addē, putredinem in hoc casu fieri non posse, nisi simul membrum, in quo sit, corrumpatur & exedatur.

ἢ ἐκτούγησι. idest, Vel suppuratione, malum est. ] Quia simplicis erysipelatis natura est cutaneas partes cum paucissima corruptione exulcerare: deinde paulatim procedere, & cutaneas partes impetere, & quoad putredo fiat, & membrum in pus conuertatur, erodere, ut plerunq; aduertione opus sit, quam Celsus præcitatō loco fieri docet. Philotheus hoc modo aphorismum interpretatur, ἵνα ἐρυσιπέλαις γρύπτου, καὶ οὐ μέρος τῶν οὐ πεπτῶν, οὐδὲ ὅτι ἀμφότερον τοῦ γρύπτου καὶ γύρτου βούνη πεπτήσις γίνεται, ἢ οὐ πεπτήσις ἐπιπορώτης λέγεται. & ποτερωδῆς ή διατασσέται αὔχεται μετακινούμενη τῇ ζεππότῳ ψύλῳ, καὶ εἰς τοὺς μεταβάλλειν, λαντεύειν ἐκτούγησι, οὐδὲ ἐρυσιπέλαιται οὐδὲ τὰ ὡδίγινά ματα, κατόπιν. Μηλούτας καὶ παρθένος ἔναις ὁ ἐρυσιπέλαις. idest, Si erysipelas fiat & partiliter totum corrumpit, manus est sanguinem tempore corrupti, & hinc noma (idest ulcus depascens quodam) & corruptio fit, quam putredinem Hippocrates uocat. Si autem uis permuteatur, & corruptam materiam mutare incipiatur, & in pus cōuertere, & hinc suppuratione. In erysipelate igitur si haec superueniant, malum. nam ostenditur erysipelas malignum esse.

## G A L E N V S

**C L A R V M** est & in hoc sermone, quod malignis erysipelatis haec superueniunt.

## B R A S A V O L V S

**G A L E N V S** in hoc breui commento id solum dicit, certum esse & sine dubio, haec scilicet putredinem & suppurationem malignis erysipelatis superuenire.

## A P H O R I S M V S   X X I

**A** Forti in ulceribus pulsū, profluum sanguinis.

## B R A S A

## BRASAVOLVS

MIRVM est de recentibus, qui hunc aphorismum interpretari tentant: nam quod malum est, bonum faciunt; itaq; aphorismum intelligunt, profluuium sanguinis à fortis pulsu in ulceribus bonū est; etenim per ipsum defluxum, & pulsus ipse, & laesio tolluntur; propterea bonum est. Sed quām mire hallucinētur, unicuiq; Hippocratis uerba intelligenti clarum est. nam & si Galenus non cōcludat an bonum uel malum sit, tamen Philotheus malum esse edocet. & re uera malum est, quia per uiolentiā uenae rumpuntur, & sanguis profluit, idest uehementer exit. Vnde hic aphorismus & cum particula An, & sine illa legitur, & intelligi potest. nam si in ulceribus fuerit pulsus fortis, ut arte rīe quę in ulceribus mouentur, ob laesionem quam ulcus infert, motum frequentent, & magis eleuent, præsertim quia illuc multi humores calidi mouentur, necesse est hæc uasa disrumpi, & sanguinem prodire; qui quum ab arteria exeat, non potest nisi uehementer exire, & ab eius pulsu excitar: uel quum hic pulsus sit cum aliquo dolore, hoc uiolento arteriarum motu aliquæ uenae frangantur, & ita sanguis profluat. ac si Hippocrates ostendere uelit, profluuium sanguinis fortē in ulceribus pulsū sequi, & non se determinet an bonum sit uel malum. Quam sententiam Celsus sequi uidetur libro secundo, capite septimo; nam hunc aphorismum ita refert, Vbi uehemēter uenae super ulcera mouētur, sanguinis profluuium erit. Tamen ab re non erit, si malum subintelligere uoluerimus, præsertim quum Hippocrates de superuenientibus passionib; uerba faciat: superuenientes uero uel semper augent præcedentes, uel sunt eis peiores.

*αὐτὸν οὐ σφυγμῷ φύσιστη. idest, à fortis in ulceribus pulsu, ] qui fit ab arteria in ulcerosa parte existente, in qua caro arteriæ motum ferre non potest: sed dolet dum attollitur & deprimitur arteria; propterea pulsus, motus quidam est arteriarum, unde & à Philotheo dicitur, ἐκεῖνος σφυγμὸν πέλει, τὸν σφυγματάδι γίνεται ὄδιων, οὐ δὲ σφράγιον μεγάλη φλεγμόνη περιποίει περιστερήν, εἰς οὐδὲ ἐφλεγει σφυγματάδης δέιρη ὄδιων, οὐ μορφαγία γέγονται, περιόδοι οὐδὲ πρώτη μὲν, ὅτι φλεγμονών μεγίστης φύσικον τοντοῦ ἐλεῖται σφράγιον, οὐδὲ δέ, οὐδὲ τὴν ποιότητα σφυγμῶν οὐ μορφαγία σημειώνεται, αρπαξας αναστομοσίου γίνεται, οὐδὲ οὐδὲ ποτέ. idest, fortissimum pulsū uocat dolorem pulsatilem, qui aliter non sit, nisi magna inflammatio concurrat arteriæ adiacens. Si igitur supra ulcus pulsatilis est dolor, & sanguinis profluuium fiat, malum est. primum quidem, quoniam inflammatio nem maximam ostendit ulcri existentem. secundum uero, quoniam in talibus pulsibus profluuium sanguinis fieri demonstratur, ore arteriæ adaperto, ambo autem mala.*

*μορφαγίαν, idest sanguinis profluuium. ] scilicet fit. quod & malum est, quum de superuenientibus in præsentiarum agat Hippocrates.*

## G A L E N V S

**I**N ULCERIBVS inflammatis pulsus fit non ferente carne incumbente arterijs illarum motum, sed dolente quādo se attollentes exciderint. Est enim huiusmodi pulsus sensus quidam cum dolore ex arteriarum motione factus, quas neq; ab initio sentiebamus, quum membra se haberent secundum naturam, tum quia eorum adhæsus non est molestus, tum quia in spatio laxiore mouētur. Membris uero inflammati, & loci angustatio & dispositio dolorifica, tristem afferunt laborantibus sensum ex motu arteriarum, quem nō solum medici, sed omnes homines pulsū appellant. Videtur autem & hic arteriarum motus augeri in talibus dispositionibus. Ostēsum siquidem est in Commentarijs de potentijs naturalibus, quod est quādam in ipsis uis aliena excernens, quæ & sudores criticos, idest iudicatorios facit, & profluua sanguinis, & alii inferioris diectiones, & quæcunq; alia huiuscmodi. Secundum hanc igitur uitam, nonnunquam uehementius natura operans, magnum & uiolentum arteriarum efficit motum, appetens illa quæ molestant expellere, atque ita profluuium sanguinis facit.

## BRASAVOLVS

**P**RIMO Galenus docet, in inflammatis ulceribus ob id fieri pulsū, quia caro quæ incumbit arterijs, earum motum non fert, sed dolet, quia arteriæ se attolentes incidunt.

Quod legitur, Exciderint: legi debet, inciderint. nam Græce est, *ἐκπίπλωση*.

**S**ECUNDO docet, hunc pulsū esse sensum quendam cum dolore ex motione arteriarum factum. At si ambigeres, cur prius non offendebat hic motus, tamen aderat.

VV 2 Responde-

Respondere uidetur, non sentiri antequam adfuisset ulcus, quia membra erant secundum naturam: cum uero ita sunt, earum adhaesus non est molestus, & etiam in laxiore spatio mouetur. Sed cum membra inflammata sunt, & locus angustatus, & dispositio, quæ dolorem affert, adfuerit, laborantibus tristis affertur sensus ex arteriarum motu, quem non solum medici sed omnes etiam homines pulsus uocant.

Quod legitur, Adhaesus. Graece est ἄμιλας, idest conuersatio, consuetudo.

TERTIO dicit, humc arteriarum motū in his dispositionibus augeri, nam in commentarijs De potentijs naturalibus dictum est, in ipsis uim quandam esse aliena exercentem, & hanc uim iudicatores sudores facere, & sanguinis profluvia, & alii inferis diectiones, & quæcumq; eiusdem generis alia.

QUARTO docet, naturam uir illa expulsive, quandoq; uti uehementiore, & magnum ac uiolentum motum arteriarum efficere, ea expellere uiolentem, quæ infestant, unde sanguinis profluvium facit.

Quod legitur, Vehementius, in una nostri antiqui codicis lectione, & in Aldino habetur, σφοδρότητα; in alia legitur, σφοδρότητα, & tunc ad θεωρίαν, i.e. ad uim referri debet.

### APHORISMVS XXII

**A** Ventris dolore diurno suppuratio.

#### BRASAVOLVS

IN PRESENTIARVM per κοιλιαν, idest uentre, uel ipsum uentriculum intelligamus, uel totum inferiorem uentre, parum refert, nam in his omnibus aphorismis uerus esse potest. Si quis in uentre, uel in partibus, quæ circa uentre sunt, dolorem habeat diurnum, suppuratio consequitur: quoniam dolor ex his solum causis fit scilicet uel ex frigore, uel ex aliqua inæquali intemperie circa uentre, uel à flatu, uel ab acritudine mordaci, uel ab inflammatione. At si diu perseueret, & non abeat, omnibus etiam à medico adhibitis quæ opportuna erunt, à flatu fieri non potest, nec ab aliqua intemperie, nec ab acritudine mordaci, quoniam hæc omnia facile remouetur, nec diu perseuerare possunt his adhibitis quæ conueniunt: igitur ab inflammatione fiet, sed inflammatio temporis processu ad exituram & suppurationem necessario ueniet, nisi is qui patitur, morte præueniat, antequam ad suppurationem perueniat. per inflammationem uero non solum ueram inflammationē intelligimus, quæ ab humore calido fit, sed etiam abscessum, qui à pituita fiat, unde & à Philotheo dicitur, ἡστιά γίνεται πολὺ τὸν κοιλιαν, ἡ τελευταῖς πολύτεραι, ἡ λεπῆις καὶ δεμέται λαγη, ἡ παχεῖα καὶ φλεγματική. τοῦτο οὖν εἴτε πάχεια λυμανή τετρατετου τὸν κοιλιαν, αὐτὴν γάρ οὐδὲ πολὺ χρόνον παρετείνεται. εἴ τε καὶ πεσθεται τοντοις, σύντοτου γάρ τελευταῖς, καὶ εἰς ταῦτη μεταβαλλεται. idest, Dolor circa uentre fit, uel à flatuum multitudine, uel à tenui & acuta materia, uel à crassa & pituitosa. Hic igitur ob humorum crassitudinē dolor supponitur, ipsa enim in longum tempus porrigitur, & qua est suppurationis expectatio, tempore enim corruptitur, & in pus transmutatur.

τὸν κοιλιαν πολυχονίαν. idest, A dolore diurno. ] Qui uel ob inflammationem, uel ob abscessum ex crassa & glutinosa materia factus sit.

τὸν κοιλιαν. idest, Eorum quæ circa uentre sunt. ] Non autem, ut Theodusius, & Leonicenus, à uentre dolore diurno, nam esse posset in partibus quæ circa uentre sunt, & non in ipso uentre, immo & aphorismus ad omnes nostri corporis partes ampliari debet, Philotheo etiam dicente, καὶ τοις ὁ λόγος οὐ μόνον οὐδὲ τῆς αἰτιᾶς ἀρνεῖται, ἀλλὰ καὶ οὐδὲ των τοις μονοις. idest, Et sermo est, non solum in uentre cibum suscipiens te congruus, sed & in omni parte.

ἐκπύγονται, idest suppuration. ] scilicet sequitur, si morte non præueniantur; subintelligendum uero est, malum esse.

#### GALENVS

SIVE frigus, siue omnino aliqua inæqualis intemperatura circa uentre fuerit, siue uentus flatuosus, siue acritudo mordax, fieri non potest ut in longum extendantur, si

tur, si omnia circa ægrū oportune fiant, quia hoc in omnibus sermonibus talibus subaudire oportet. Relinquitur igitur quod adhuc dolor perdurat propter inflammationē, quæ temporis processu scilicet suppurabit, nisi hominem morte præripiat; nam & hoc subaudire oportet in omnibus sermonibus talibus.

## B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus causas referēs, ex quibus dolor fieri potest, omnes excludit, præter inflammationē; nam si dolor fiat ob frigus, uel (ut breui complectatur) ob aliquam inæqualem intemperie circa uentrem, uel ob flatum, uel ob acritudinem quādam moradacem, fieri non potest ut in longum tempus dolor profēdatur, si medicus omnia agat circa ægrū quæ expeditūt: nam in omnibus talibus sermonibus hoc intelligere oportet.

Quod legitur, Siue acritudo mordax; Græce est, ἐν στεμνησι δακρυδος. idest, siue acritudo quādam mordax.

S E C U N D O docet, dolorem hunc propter inflammationē adhuc perseuerare, quæ temporis processu, scilicet suppurabit. hoc autē faciet, nisi homo prius moriatur, quam ad suppurationem perueniat. Etenim necessarium est & hoc in omnibus talibus sermonibus subaudire.

Quod legitur, Nisi hominem morte præripiat: Græce est, μὴ φθίστεντες γέρεθεντες τὸ κύρωτον. idest, Nisi homo morte præueniat, ad uerbum ita est, Ni præueniente mori homine.

## A Deiectione sincera, difficultas intestinorum.

## B R A S A V O L V S

Q V V M puri & sinceri humores deiciuntur, necessarium est, uel esse purum sanguinem, uel pituitam, uel bilem, uel atram bilem. Sanguis purus non biliosus intestinorum difficultatem facere non potest, nec pituita non falsa eandem facere potest, sed sola bilis, uel atra bilis, uel falsa pituita id facere possunt. Quādo igitur sinceri, idest puri deiciuntur hi humores, bilis scilicet, uel atra bilis, uel falsa pituita, & intestinorū difficultas sequatur, malum est: quia difficultas intestinorū ex bile facta, periculosa est, eodem modo ex falsa pituita, ex atra bile letalis. unde Paulus libro tertio, capite sexagesimo secundo, de difficultate intestinorū ex excrementis facta dicit. Quia primum quidem biliosa sunt, & uaria, deinde iuxta proportionē cruenta, & postremo purulenta, cuiusmodi ex cadaveribus effluere consueverūt: sed quæ ex atra bile ortum habet difficultas intestinorum exitialis est, cum exulceratione cancrum insinuans. Et Aetius libro nono, capite quadragesimotertio, Si à flaua bile dyfenteria obortatur, ferè in totum ipsam curamus: si uero ab atra bile initium sumat, siquidem ratione iudicationis febrilium morborum atra bilis excernatur, transitusq; suo intestinum distendat, etiam hanc curare non desperamus: si uero sua sponte, nullo precedente febrili morbo, neq; concoctione bona apparente, atra bilis excernatur, immedicalis dyfenteria ex ea oborta existit, nihilq; à cancro exulcerato differt, estq; omnino letalis.

ῳ ἀνελτῷ ζωχωρίσται. idest, à deiectione sincera & pura.] Quæ non sit mixta aqua, se humiditat, sed sit unus purus humor, non potest autem esse solus & dyfenteriam inferre, nisi sit biliosus uel atrabilius uel pituitosus falsus, unus ex his humoribus solus, sincerus uocatur; ut etiam superius aphorismo sexto dictum est, In morbo diurno fastidium cibi, & deiectiones sincerae, malum. Antiqua translatio non legit, sincera, sed biliosa. & aliqui Græci codices habent, ὡς χολώσται ζωχωρίσται. quod certe uerum est, sed aphorismus magis arcatur, quād ab Hippocrate fiat: nam ipse in omni sincera intelligit, hi uero codices, solam biliosam specificant; nisi uocabulum illud tam ad atram, quād ad flauam ampliemus. Incidimus & codicem quēdam, in quo legitur, ὡς ἀπίνται ζωχωρίσται, idest, à deiectione immixta; tamen idem sunt immixtum & sincerum. Philo theus uero dicit, ἔκειται ζωχωρίσται λέγει τὸ των τελείων χυσόν αὐθεντική καὶ ἀκριβή λεγέσθαι, ἢ τὸ παρόδης δῆκτος οὐτε βράστος παισῶν τὸ διπλωματικὸν εἰσότας ἐργάζεται, ἐπεὶ καὶ λε-

**A**enip̄ δι. idest, Sinceram defectionem uocat, evacuationem omnium humorum experiem & immixtam, quae transitu suo super intestina morsus & exesiones faciens, difficultatem intestinorum merito facit, quod molestum est.

**A**ναργετή. idest, Intestinorum difficultas.] scilicet superuenit. Et siue Malum, additum sit, uel non sit additum, subintelligere oportet.

G A L E N V S

**D**E I E C T I O N E S sinceras solet (ut dixi) Hippocrates nominare, impermixtas aquosae humiditatib; quae solum habent sincerum illum, qui infra dejectur humor, siue sit flava bilis, siue atra. Nihil igitur mirum, si in talibus defectionibus aliquod intestinum exedatur.

B R A S A V O L V S

**I**N H A C breui Commentatione Galenus docet, ab Hippocrate dici defectiones ακεπτούς, idest sinceras, illas esse quae sunt impermixtae aquosae humiditatib; quae unum solum humorē excernunt, & illum quidem purum & sincerum, uel sit flava bilis, uel atra. Nihil igitur mirum sit, si in his defectionibus aliquod intestinum exedatur, & difficultas intestinorum fiat.

A P H O R I S M U S X X I I I I

**I**N ossis præcisione, desipientia, si in uacuum apprehenderit.

B R A S A V O L V S

**M**ULTA sunt humani corporis ossa, tamen & si Hippocrates simpliciter de ossis præcisione sermonē habeat, opus est intelligere in capitib; ossē, si præcisio facta sit, quae usq; ad illam cavitatem pertingat, quae miringas & cerebrum continent, stupor & desipientia consequi possunt: quae si consequantur, indicium est aut miringas ipsas, aut cerebrum esse læsum. Possunt uero esse læsa, uel quia simul incisa, uel quia materia sit sub ossib; collecta, & putrefacta stuporem & desipientiam faciens, quod malum est, nam ex hoc multi pereunt: & ideo uel malum expresse positum sit, uel non positum, subintelligendum est. In decimoquarto huius libri aphorismo de percussione loquebatur, dicens,

**I**n capitib; i&t; stupor, uel desipientia, malum. hic uero de præcisione loquitur, quamuis

& ille locus in præcisione intelligi posset, imo Celsus libro secundo, capite septimo, aphorismū ita refert, Vbi caput uulneratum est, delirium.

**Ω**δὶ ὅστον σφαιρῶν (alter contextus habet παρακοπῆν) idest, In ossis præcisione.] quando scilicet vulnus alicui illatum fuerit per rem incidentem.

**Ι**κπληξίς, idest stupor.] Hæc particula in Leoniceni codice non aderat, neq; in Aldino, neq; in prima lectione nostri antiqui adest: in secunda uero lectione habetur, & in Philothei contextu: imo ipse in sua Commentatione illam repetit, inquiens, οὐ ταῦτα φροντίζειν τὸν τοῦ λειφαλῆς ὄστον σφαιρῶν, ἀς φθίσσου τὸν θάλασσην μέχει τὸν τοῦ λεγεόντος, κατὰ τὸ παντὸς τοῦ πολεύοντος τοῦ ἐγκέφαλου, οὐδὲ ὀντότερον παραφροτικὴ γίνεται, καὶ ἐκπληξίς. id est, Hic dicit, quod si capitib; os præcīsum fuerit, ut diuisio usq; ad ipsam cavitatem perueniat, idest usq; ad omnia que cerebrum continent, desipientia ex necessitate fit, & stupor uel modo adsit, uel non adsit, nihil refert.

**Καὶ παραφροτικὴ.** idest, Et desipientia.] scilicet superuenit: non quia id necessarium sit, sed si superueniat.

**Α**ὺ περιέδυ λεβητ. idest, Si in uacuum apprehenderit.] Alij codices habent λεγέτην, alijs λεγεδνα, at quo ad rem ipsam, nihil est: nam Hippocratis sensus est, In ossis capitib; præcisione, quae usq; ad illam cavitatem peruenit, in qua cerebrum continentur, stupor, & desipientia superuenit, non quidem necessario: sed uel si collecta materia sub crano ibi putrefacta, uel si membrana ipsa læsa sunt, & hoc malum est; etenim mors plerūq; consequitur: nam & cerebrum ipsum compati, necessarium est.

G A L E N V S

**I**N OSSE quod in capite est præciso uidelicet, non simpliciter, neq; utcumq; continerit, sed usq; ad interiorem superficiem, quare uacuus excipit locus qui cerebrum continet

continet, si desipientia fiat: nam iam passio proxima existit membranis, & cerebro. Marinus autem ne ficio quomodo legendum seorsum existimat, In ossis praescione desipientia: & rursus seorsum facit principium aphorismi secundi. Si uacuum apprehenderit; adiungens ipsi, Ex potu medicamenti conuulsio, mortale. ita quod totus aphorismus talis fiat. Si uacuum apprehenderit ex medicamenti potionе conuulsio, mortale. Rationabiliter enim (inquit) hoc dici, Semper enim factam ex euacuatione conuulsionem damnari ab Hippocrate. Sed hoc quidem recte Marinus inquit, quod propter immodicam euacuationem facta conuulsio est exitialis. sic igitur & facta ex potionе medicamenti, est exitialis. Verum non animaduerit, quod sermonem priorem falsum ostendit: nam aper te falsum est, quod in ossis praescione desipientia fiat. Nec enim ex alicuius ossis alterius, nec eius quod cerebrum tegit, praescione dementia sequitur, antequam ad membranas passio pertingat.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, os capitū intelligēdū esse, quod simpliciter non sit prae-  
cīsum, neq; utcunq; contigerit, sed usq; ad intrinsecam superficiem, quæ cerebrum con-  
tinet, si desipientia fiat, malum est. nam passio est propinquā membranis & cerebro, ut  
necessarium ferē sit haec passionem communicare.

SECUNDО docet, Marinum fecisse hunc unum integrum aphorismum, In ossis  
praescione desipientia; deinde facit secundam partem, alium esse aphorismum, simul il-  
lam coniungens cum sequenti aphorismo, inquiens, Si uacuum apprehenderit ex potu  
medicamenti conuulsio, letale. Et hoc non esse extra rationem dicebat Marinus, quia  
conuulsionem ex inanitione factam semper damnauit Hippocrates.

TERTIO Galenus in hoc Marinum laudat, qui dixerit, conuulsionem ex inanitione  
ne factam ob immodicam euacuationem esse exitiale. nam & exitialis est, si ex potu  
medicamenti facta sit. Tu uero intellige medicamentum egregie euactans: nam si mo-  
ueret, & non euacaret, sed humores ad aliquas neruosas partes duceret, opus esset ex-  
replectione potius fieri conuulsionem, quam ex inanitione.

QUARTO Marinum reprehendit in suo primo aphorismo, qui erat, In ossis praesi-  
cione desipientia fit, nam nullum os est, quod praeceps demētam inducere possit: imo  
neq; ad os, quod cerebrum tegit, si incidatur, sequitur dementia, nisi passio ad membra-  
nas saltem perueniat,

## AP HORISMVS XXV

EX medicamenti potionе conuulsio, letalis est.

## BRASAVOLVS

QVINTO Aphorismorū libro, aphorismo primo & quarto, huius loci sententiam  
adeo enucleate explicauimus, ut in presentiarum interpretatione non indigeat: simulq;  
omnes conuulsionis causas adduximus, ostendentes quomodo ex epoto medicamento  
conuulsio fiat: & quod illa de qua nunc agit, ex inanitione sit, quam Hippocrates leta-  
lem semper prædictauit. & nunc ne mente excidat, iterum repetit: ut medicus in prædi-  
cendo sit prouidus: nempe uidens ex potionе medicamenti supra modum euacuantis,  
& neruos exiccantis conuulsionem fieri, mortem futuram prædicat. Vnde & Hippo-  
crates in Epistola ad Democritum de helleborismo dicit, conuulsio post ueratum leta-  
lis est: si in magna purgatione superueniat, malum est. Philotheus uero letale dicit, quo-  
nam θυλαιοῦ ἄμετρου ξύρωντα, idest immodicam siccitatem ostendit.

Ἐκ φαρμακοῦ τοιοῦ ταπειός, θυνταῖς. idest, Ex medicamenti potionе conuulsio, leta-  
lis. ] Nam fit immodica euacatio, quæ præter modum nerueas partes exiccat, & adeo  
contrahit, ut ex inanitione conuulsionem inducat.

## GALENS

MEDICAMENTI potiones, & medications, consuevit Hippocrates propriè  
nominares eas tantum, quæ cum purgantibus sunt medicamentis. Quod uero  
conuulsio quæ fit istis supra modum euacuantibus, letalis existat: si quis eorum memi-  
nit, quæ saepius à nobis sunt dicta, non ignorat.

## BRASAVOLVS

**P R I M O** Galenus docet, Hippocrate per φαρμακοποίας, i. medicamēti potionēs, & medicationes, illas proprie solum appellasse, quae cum purgantibus sunt medicamētis. **S E C V N D O** docet, si quis illa memoriae seruet, quae ab ipso saepius dicta sunt, non ignorat conuulsionem quae his fit supra modum euacuatē esse letalem.

## APHORISMVS XXVI

**I**N forti dolore uentris, partium extremarum frigiditas, malum.

## BRASAVOLVS

**I N P R I M O** huius libri aphorismo, qui hoc modo incipiebat, In morbis acutis frigus partium extremarū, malum esse, prēsentis aphorismi causam assignauimus, qui uniuersalis non est, sicuti primus; sed in uno acuto morbo, qui est uentris dolor, frigus partium extremarū malum esse dicit; nam hoc frigus fieri non potest, nisi sit magna inflammatio in uisceribus, ad quam totus sanguis & sp̄ritus eant, ut morbo oppugnent: propterea extremas partes sanguine & sp̄itu, & consequenter calore uacuas relinquunt. Celsus uero in fine octauii capitii secundi libri, Illum præter spem ponit, cui in magno dolore extremae partes frigent. Ipse uero tientris dolorē non specificat, tamen nulli sunt uehementiores dolores ijs qui circa uentrem sunt: quāuis Plinius libro uigesimoquinto Naturalis historiæ, prope capitii tertij finē de doloribus, ita distinguat & dicat, Quis grauissimi ex his sint, discernere stultitia proprie uideri potest, quum sius cuiq; ad p̄fens quisq; atrocissimum uideatur. Et de hoc tamē iudicaueri aut experimento. Asperitos cruciatū esse calcularū à stillicio uelicae, proximū stomachi, tertium eorum qui in capite doleant, non ob alios fere morte consita. Nos uero stomachi dolorē omnibus alijs præmittimus, & per stomachū intestina etiam intelligimus, experientia hoc monstrante; quoniam nec ex capitii dolore, nec ex calcularū dolore, ita cito obeunt homines, ut ex stomachi, uel gracilioris intestini dolore faciunt, hocq; indicium est, calculi dolorem non esse adeo grauem, ut gracilioris intestini uel stomachi est.

ανδρων ιχυρη θετηγε την ποιησιν. idest, In forti dolore eorum quae sunt circa uentrem. ] Tuq; intellige omnium eorum quae sunt circa uentrem, nam hic dolor in uentri culo, in fecore, & in intestinis esse potest; sed non est fortis, nisi magna adsit in illis partibus inflammatio, ad quam sanguis & sp̄itus decurrunt, & partes extremas, & quae in circumferentia sunt, exangues dimittunt. Philotheus dicit hunc dolorem fieri, σφλεγμονι, ἡ ἐρυθρη, ἡ ἐρυθρελατωδη ὕγεια. idest, Ob inflammationem, uel herpeta, uel tumorē erysipelatodem.

ἀντωνειων Σύντονος, κακών. idest, Partium extremarum frigiditas, malum. ] Nam hæc frigiditas fieri non potest, nisi adsit magna inflammatio, ad quam ob dolorem & caliditatem sp̄itus & sanguis mouentur: uel ob uirium imbecillitatē, quae ex doloris intensione sequatur. Vnde à Philotheo malum esse dicitur, quoniam σφλεγμονι οὐδέγενει τὸ ιμφύτου θρημοῦ, ή φλεγμονι άξιόλογον, ή τὸ δίκλινον σκύνας παθῶς εργούται τὸ αἷμα ἐλκονετ, Συγκαταλυμπάνε τὰ ἄκρα. i. ostendit caloris innati imbecillitatē, uel insignē inflammationē, quae cucurbitulæ modo, ut dictum est, sanguinem trahens extrema frigida derelinquit.

G A L E N S

**F**IT QVIDEM & sicuti suprà dictum est, ob magnitudinē inflammationis in uisceribus partium extremarū frigiditas. Fit autem & propter animæ defectum, uel quia calor nativus extinguitur, uel quia propter multitudinē stranguletur, & tum præcipue, quum frigida fuerit: fit autem & propter dolorem uehementem, medias corporis partes occupantem, ob quem natura in seipsum contrahitur, & ad eam consequitur sanguis, non solum extrebas corporis partes derelinquens, ueluti pedes & manus & caput, sed & cutem uniuersam. Causam igitur quandam particularem dixit Hippocrates hoc in sermone partium extremarum frigiditatis, sicuti & in pluribus alijs sermonibus hoc ipsum fecisse ostendimus: & nihil mirandū illum, qui primus multa adinuenit, non omnium simul, sed singulorum particulatum fecisse inuentionem.

B R A S A

## BRASAVOLVS

**P R I M O** Galenus docet (ut superius etiam fecerat) extremorū frigiditatem, ob inflammationis magnitudinem, quae in uisceribus est, quandoq; fieri, & quandoq; ob animæ defectū. & in defectu animæ frigiditas illa ex duobus fieri potest, uel quia nativus calor extinguitur, uel quia ob multitudinem stragulatur, & hoc præsertim si multitudo sit frigida. Fit etiam hæc extremorum frigiditas, & ob uehemē dolorem medias corporis partes occupantem: nam in dolore natura contrahitur, ut affectioni occurrat, natum uero non solum sanguis ille qui in extremis est partibus cōcomitatur, sed etiam ille qui in uniuersa cuti & toto corpore continetur.

**S E C U N D O** Galenus docet, hic ab Hippocrate particularē causam frigiditatis extremerum partium dicit: nam solius fortis doloris mētionem facit, & aliarum causarum non meminit, ut in alijs etiam rebus plerūq; fecit Hippocrates. Tuq; in hoc Hippocratem reprehendere non debes, quoniam quum ipse primus multa adinuenerit, non facit omnium simul mētionem, sed singulorum quandoq; particulatim: ut ex his Hippocratem excusat, qui causas omnes frigiditatis extremorum hic non enumerauerit.

**M**ulieri utero gerenti si tentio superuenierit, facit abortum.

## BRASAVOLVS

**N O S** superius quinto libro, aphorismo quinquagesimo primo ostendimus, in antiqua translatione esse hunc aphorismum cum quadam commentatione Galeno adscripta, quam tamen in Gracis codicibus nūquam inuenire possumus. Sed uidimus illam esse Philothei commentationem, propterea in hoc loco Philotheus præsentis aphorismi nullam mentionem facit, utpote qui ipsum quinto libro interpretatus sit. Si mulieri uto gerenti tentio superueniat, qua à Gracis τερπτος dicitur, abortit. nam opus est supra uterum comprimi, & ualde commoueri mulierem, atq; frequenter exurgere, quæ omnia abortum procurare solent.

**Tentis q̄ yasē iχνοση.** idest, Mulieri in utero habenti] scilicet foetum.

**Tερπτος** τῶν γυναικῶν ἐκτρῶσαι την, idest, Tentio superueniens abortum facit.] Est tentio inanis & crebra egerendi uoluntas & appetētia. Leoniceno placuit uti hoc nomine tentio. Paulus libro tertio, capite quadragesimo primo, eodem sermone definiit, Tenesmon multū esse desidendi impetum & cupiditatē, paucis admodum sequentibus excremētis. Aetius etiam libro nono, capite quadragesimo tertio, ita definit: Est autem tenesmos egerendi promptitudo, quæ differri, atq; evitari non potest. Dicitur uero τερπτος, quod est conari. Vnde & Galenus in Ilagoce sibi adscripta tinesmon fieri dicit in recto intestino, quem Latini longanomem vocant: nempe intestinum hoc inflammat & conatus continuos, & cupiditates desidendi facit. At in Definitionum libro, qui etiā Galeno adscribitur, facit hanc passionē in ultima longanonis parte, quando multos habet desidendi impetus & cupiditates, & exigua profluant excrementa.

Celsus libro quarto, capite decimo octavo, Græco nomine utitur, dicens: Est autem aliud leuius omnibus proximis, de quibus suprà dictum est, quod τερπτος Graci uocant; id neq; acutis neq; longis morbis annumerari debet, quum & facile tollatur, neq; unquam per se iugulet. In hoc æque atque in torminibus frequens desidendi cupiditas est, æque dolor ubi aliquid excernitur: descendunt autem pituitæ, muccisq; similia: interdum etiam leuiter subcruenta, sed his interponuntur nonnunquam ex cibo quoque recte coacta. Si hic Celsum consideremus, videbimus comparationem facere inter tinesmon, & tormina, idest difficultates intestinorum, quod ab antiquis accepit: nam ut ex Galeno sumi potest in Commentatione primi aphorismi sexti libri, Erasistratus in tres partes diuidebat: in difficultatem intestinorum, in leuitatem intestinorum, & in τερπτος, quem Leonicenus tentionem uertit, Erasistratusq; tinesmon esse dicebat, cum biliosa mixta cum sanguinolentis atq; muccosis excernitur.

Vnde

unde apud Erisistratum erat species profluuij alii ab alijs distincta. & re uera nos quan docit tinesmon uidimus, tamet ad aliquam profluuij uentris speciem duci non poterat, & in meipso expertus sum pati tinesmon, & nihil unquam exiuit per quod modicissima illa defluxio, uel intestinorum leuitas, uel difficultas, uel diarrhoea nominari possit: tamen si ad utram speciem ducere uoluissim, ad diarrhoeam potius quam ad aliam speciem deduxisset, quia parum quid albii cum fecibus exhibat, id falsam pituitam esse constabat. Plinius etiam semper Graeco uocabulo utitur tenasmos, & per eum, quia ipse legit τενασμός, non τενθρόνος, sed hoc ad rem nihil facit, uel tenasmos, uel tinesmos dicuntur. Plinius libro uigesimo octavo, capite decimoquarto, tenasmos definire uidetur, uel saltem describere, inquiens: Tenasmos, id est crebra & inanis uoluntas egerendi, uidetur colligi posse ex Plinio libro trigesimo secundo, capite sexto, duplex esse tenasmi genitus: unum cum exulceratione, aliud absq; exulceratione: nam de ostreis agens dicit, eadem cocta cum mulso, tenasmo, qui sine exulceratione sit, liberat, ut alium esse constet, qui cum exulceratione sit. Hippocrates post principium libri De morbis qui extra, inquit, quum tenesmos capit, sanguen, mucum, faniemq; demittit, uentriculusq; inferior laborat; tuncq; maxime quum uti egerat, desidet. Paulopost dicit, Morbus autem hic iisdem fit, quibus & difficultas intestinorum; mitior tamen est, & brevior, minus uelet leta lis. Puto Celsus ex hoc Hippocratis loco accepisse, in quo & ipse Hippocrates tenesmon inter alii profluuiu numerare uidetur, tamen tinesmos uere est egerendi uoluntas sine aliqua uel minima emissione. At ipsa affectio consistit solum in continua egerendi uoluntate, fitq; humoribus acutis & fallis, qui uestigium relinquunt supra intestinū, ideo ut plurimum simul cū alii profluuij sunt, & potissimum cum difficultate intestinorum.

## G A L E N V S

**C**IRCA intestinum quod rectum nominatur tentio fit, eadem habens causam, ac dispositionem quam in difficultatibus intestinorum suscipiunt illa quae superius iacent intestina. Hæc autem passio nomen accepit, ut inquietum ab illa quae fit in ea tentio, ob quam cum cacare uehementer appetant continue exurgunt. Ob talem igitur tentionem, atq; molestiam, & totum aliud corpus laborat, sed præ ceteris matrix, quae cognata est recto intestino. Nihil autem mirum si propter uehementes, atq; frequentes exurrectiones, conceptus abortitur, quando & ex alijs omnibus fortibus motibus, atq; doloribus mulieres grauidæ solent abortire.

## B R A S A V O L V S

**P**RIMO Galenus docet, τενθρόνος, id est tentio fieri circa intestinum illud quod ἀνθενθυσμένος, id est rectum uocant.

**S**E C V N D O docet, eandem esse tinesmi causam, quae est in intestinorum difficultate, & eandem esse dispositionem; nam illa suscipit, quae in superioribus intestinis sunt.

Quod legitur, Suscipiunt illa quae superius iacent intestina: Graece est, λαμβάνει τὴν ἄνω τὴν ταρκηνίδιην φύσιν. id est, Suscipit aliquid ex his quae intestinis supra posita sunt.

**T**E R T I O docet, hanc passionem nomen habere ab ea tentio quae in ea est, ob quam quum uehementer excernere appetunt, continuo exurgunt.

**Q**UARTO docet, ob eam tentio uniuersum corpus laborare, sed potissimum matrem, quae intestino recto cognata est, atq; propinqua. Vnde non mirum est, si ob uehementes & frequentes exurrectiones conceptus abortitur, nam & utero gerentes ex omnibus alijs fortibus motibus atq; doloribus abortire solent.

## A P H O R I S M V S XXVIII

**Q**VANDO OS, aut chartilago, aut neruus absinditur in corpore, non augetur.

## B R A S A V O L V S

**H**I C aphorismus nulla interpretatione indiget, quoniam libro sexto, aphorismo decimonono, ipsum diffuse interpretati sumus; nempe seminaria membra neq; augmentur, neq;

nec coalescunt absissa, ob siccitatem suam, exceptis quibusdam pueris.

*Ἐν τῷ ὅστεον οὐ κέντρον ἀρχόποδι φύεται σώματα, οὐκ αὔξεται. ιδεῖτο, Καῦδος, αὐτός χαρτίλαγος, αὐτός νεύριος αἴσθηται in corpore, non augetur. Τοιούτα sunt membra seminalia, frigida & siccata, Philotheo etiam dicente, οὐκέτε εἶναι φυλακή οὐκέτε φύση, οὐκέτε εἰρητού in αὐτῷ, ματρί οὐκέτε γένος οὐκέτε φύση. ιδεῖτο, Καῦδος sunt frigida & siccata, uel quoniā ut dictum est, à semine generationem habent.*

## G A L E N V S

E T H I C aphorismus iam scriptus est antea, his uerbis, Quando discissum fuerit os, uel chartilago, uel neruus, uel maxilla tenuis, uel præputium, nec augetur, nec coalescit, & nos in sexto Commentario ipsum antea exposuimus.

## B R A S A V O L V S

G A L E N V S huius aphorismi interpretationē prætermisit, quoniā in sexto libro, aphorismo decimonono eius rationē edocuerat, quād ab Hippocrate dicebatur, cum discissum fuerit os, uel chartilago, uel neruus, uel maxilla tenuis, uel præputium, nec augetur, nec coalescit. scito tamē quod hic dicit, uel maxilla tenuis, Græce est, *ὑγρὰ πλευρά*. idest, Vel tenue maxillæ. Leonicenus uero in aphorismo sexti libri præcitatō eammet particulam interpretabatur, genae particula tenuis. sed quomodo cuncti interpretantur, uel de gena, uel de maxilla, uerus est aphorismus: nam & oculi gena, & tenuis maxillæ pars, & labia si absindantur, non coalescunt, nec augentur.

## A P H O R I S M V S   X X I X

Q Vi alba pituita detinetur, si fortis uentris fluxus superuenerit, à morbo liberatur.

## B R A S A V O L V S

A N T I Q V I O R E S medici leucophlegmatiam speciem quandam hydropis nominarunt, quam posteriores & hypofarcam & anafarcam dixerunt, ex pituitolis humoribus ut plurimum factam. Si quis igitur hac detineatur, & fortem uentris fluxum incidat, ab hoc morbo liberatur: quoniā materia illæ qua morbum faciebant, euacuantur.

*Ἄνθετος λευκοῦ φλέγματος ἐχειλίων. idest, Si ei qui ab alba pituita detinetur. Τοιούτοις ab ea aquæ intercutem specie, quam leucophlegmatiam antiqui uocant, nam Celsus libro tertio, capite uigesimali, de aqua intercutem agens, in tres species illam distinguit. Nam modo uentre uehementer intento creber intus ex motu sp̄iritus sonus est modo corpus inæquale est, tumoribus aliter aliter per totum id orientibus: modo intus in unum aqua contrahitur, & moto corpore ita mouetur, ut impetus eius conspicī possit. primum τυπωτικόν, secundum λευκοφλέγματον uel θυσσόν, tertium ἀσπιτίων Græci nominant. Est ergo alba pituita, species illa aquæ intercutem, qua etiam subcarnosa vocatur, & à Græcis λευκοφλέγματι. Vnde & Philotheus dicit, πώδε λευκοφλέγματις οὐδέποτε οὐδέποτε λόγος θεραπεύεται. idest, De aqua intercute leucophlegmatia hic sermo Hippocrati est. Hippocrates in ultima parte quarti libri De ratione uictus in morbis acutis, de diuisu solum aquæ intercutis speciebus mentionē facit, scilicet subcarnosæ, & eius qua ex flatibus fit, de aquosa non agit: tamen in alijs multis locis, & in quarto libro De morbis, de aquosa speciatim tractat. Paulus libro tertio, capite trigesimali, atque Actius atque Trallianus suis locis, de leucophlegmatia, idest alba pituita differunt. Διελέγουσα ἀθηναϊκὴν ιχθύν, idest, Fluxus uentris superuenerit fortis. Ετοι μοδο foris, sed etiam qui diu perseueret, & in quo pituita & materia crassæ hunc morbum facientes exoluantur. Vnde à Philotheo dicitur, fortem diarrhoeam, τοτέται οὐ παρεπτασι χρόνον γροβεῖσιν. idest, Hoc est per extensionem temporis factam: nam si solum per unum uel duos dies fieret, non esset necesse consequi quod dicit, scilicet*

*Λύεται τὸν νοῦσον. idest, A morbo liberatur. Τοιούτοις tota illa materia exit, quae leucophlegmatiam inducebat: Philotheo etiam dicente, A morbo liberari, Τοῦ λόγος οὐκ οὐκεγονόδα τὸν νοσοντονούσιν. idest, ea ratione, quod causa quæ morbum facit, euacuat*

euacuatur, scilicet pituita illa. Hic uero unum annotare debes, quod alias à probis viris dicitur, profluuium uentris in aqua intercute esse letale indicium. Sed considerandum est profluuiū an sit cum integris viribus, uel cum imbecillibus. Si cum integris sit, semper prodest: si cum imbecillibus letale, quia non est naturæ excretio, sed potius uiolen-  
tus quidam exitus ob uirtutis contentiū imbecillitatem.

## G A L E N V S

**C**ONS U E V E R E & alij medici quandam aquæ intercutis speciem albam pitui-  
tam nominare, quasi uidelicet sit etiam pituita liuida, uel tanquam sui quidem ra-  
tione sit semper alba, sed propter mixtionem quorūdam aliorum humorum uerum mu-  
tet colorem. Potest autem & sicuti in libro De articulis scripsit, uertebræ quæ in spina  
sunt, non tāquam sint alibi uertebræ, uolens distinguere, sed simplici utens adiectione,  
ita & hoc in loco absque distinctione, albi fecisse adiectionem. Hoc autem ex sorti alii  
profluuiio, uel diuturno (utrunque enim scribitur) solui albæ pituitæ superabundantiam  
commune est ad multa alia, quæ ita ab eo dicta sunt.

## B R A S A V O L V S

**P**RIMO Galenus docet, non solum Hippocratem, sed etiam alios medicos unam  
aquæ intercutis speciem, consuetos esse nominare λευκοφλεγματίαν, id est albam pitui-  
tam: ac si dicere uelint esse etiam pituitam liuidam: uel tāquam ipsa ex sui natura sit sem-  
per alba: sed ob mixtionem aliorum humorū uerum colorem mutet. Tamen intelligere  
possemus, sicuti in libro De articulis intellexit, quando dixit, Vertebræ quæ in spina  
sunt, non tanquam essent aliae uertebræ extra spinam, quæ ab his distinguenterunt, quæ  
in spina sunt, sed utens illa simplici adiectione: eodem modo & hic sine aliqua distinctio-  
ne albi sit adiectione. Philotheus & ipse dicit, Λευκός οὐ ἀπηγ φλέγματι πάθεις αὐτον οὐλήπτης οὐλ-  
ας. οὐ γάρ καὶ πελεινού φλέγματι οὐδὲ τὸ οὐ γάλα λευκός. id est, Albam uero pituitam di-  
xit, uel per distinctionem alteri oppositam: nam & reperitur liuida pituita, uel quod ita  
existat, ut lac album.

**S**E C V N D O Galenus docet, hanc particulam Ex sorti alii profluuiio, uel ex diu-  
turno, ut alij contextus habent, solui albam pituitam, esse commune ad multa alia, quæ  
ita ab eo dicta sunt: nam superioris in sexto libro multa dixit quæ curantur, si alii proflu-  
uium superuenerit. Ideo huic albæ pituitæ hoc non est propria cura, sed est communis  
& multis alijs.

## A P H O R I S M V S    X X X

**Q**VIBUS in alii profluuijs excrementa spumosa sunt, his ex capite pitui-  
ta defluit.

## B R A S A V O L V S

**G**ALENVS hunc aphorismum indistinctum esse iudicauit, & eius sententiam apud  
antiquos interpretes satis dubiam fuisse, quoniam ipsi uiam inuenire nesciuerunt, quo-  
modo excrementa spumosa ex capite defluunt: tamen Hippocratis sensus est, Qui pro-  
fluuijs alii uexati, excrementa spumosa habent, his necessarium est pituitam facientem  
profluuiū ex capite defluere: nam spuma fit, tum ex flatu pituita mixto, tum ex uia lon-  
ga: nam & magna atq; longa rei humida agitat, spumam facit, ut in mari uentis agi-  
tato contingit. Fit uero spuma ex humiditate & flatu. Philotheo hic etiam dicente,  
ἀφρεὶς οὐ γάλα καὶ πυρινατος σύγκενα, εἰν οὐδὲ ταῖς οὐσίαις φανησίν τοις οὐρανοῖς  
καταρρέει, καὶ γέροντος φαλαροῦ, τοταν τὸ δύο εὐπορεῖ, τοι μὲν οὐτι στοιχεῖ, τοι δὲ οὐτι λεπτον, πατερίστιον  
μὲν οὐτι γέροντος φαλαροῦ, δὲ τον γέροντος φαλαροῦ, οὐδὲ φυγῆς λεπτον πυρινόν. id est,  
Spuma ex humiditate & flatu componitur. Si igitur in profluuijs appareat, consenta-  
neum est à capite profluere, etenim cerebrum his duobus abundat, eo humido quidem  
per substantiam, hoc flatu uero per temperaturam. per substantiam quidem, quoniam  
humidum est, per temperaturam uero quoniam frigidum est. Frigida autem tempera-  
tura flatuum est generativa.

εκφονισι

τερίσιν ἀφράτα τὰ νευχωγήματα γένοισι. idest. Quibus in aliis profluvijs excrementa spumosa sunt. ] Illa uero sunt excrementa spumosa, in quibus sunt multæ bullæ, quæ fieri non possunt, nisi ex cōmixtione humiditatis & fatus per multum motum, ut in mari sit, quando commouietur; & in lebetibus, quando feruent, nam & commotio, & calor agitans, atq; attenuans in lebetibus spumam facit.

Τετράσιγ τὴ τῆς καθαλῆς φλεγμας παταρέα. alter contextus habet ἀρναπτηρίδης, at sensus est, h̄s ex capite pituita defluit. nam a longinquō loco defluere oportet, si spuma esse debeat, ut ex uehementi motu & impetuoso, longaq; uia bullæ fiant, uel quia necessario pituita flatui mixta est. Sed de re ipsa, an hoc sit certum signum, uel incertū. Dicimus, omnino in aliis defluxib⁹ à capite prouenientibus semper uidimus excrementa spumosa, & causam esse putamus pituita naturā, quæ ex capite ad uentriculum, deinde ad intestina transmittitur, quæ facile in flatū pro sui parte uertatur. immo hoc fiat in uia, postea descendens cum mixtione pituitæ simul & fatus bullæ fiant, quæ multæ simul collectæ, spuma sunt. tamen si fatus in uentriculo sit, aut in intestinis, profluxuum spumosum esse potest, & tamen à capite non prohibet. propterea quādo cognoscere uiolueris an à capite prodeat, præter hoc signum, etiam considera, an doleat uel doluerit prius caput, & profluente humore minuatur, aut cesseret.

## G A L E N V S

**H**oc indistincte dictum est, forent enim aliquando excrementa spumosa spirituoso humore ex capite ad uentriculum defluente. Fieret autem & uasis, qui ad ipsum perueniunt illum effundentibus. Fieret etiam quando in ipso uentriculo unam habens, ut quispiam diceret causam contentiā, quomodo cum excernatur, aut fiat, antecedentes uero plures. Est autem huius pituitæ causa cōtentiuā flatuosus sp̄ritus, dum humor commiscetur uehementem habens motum & inaequalem, ita quod & ipse disrumpit & pituitam frangit in multas partes & paruas. Talis uero motus ipsius est causa, & propria natura, & nonnunquam multitudo caloris. Sic & in his quæ elixantur apparet spuma, & maximè cum tenacem habuerint naturam. In mari etiam uiolenta uentis agitato. Qui uero arbitratur à pulmone ad uentriculū peruenisse, atq; ideo ipsam uideri spumosam, nescio quid inquiet de his, quibus fiunt à capite ad pulmonem fluctiones manifestæ. Oportet enim & in his aliis excrementa esse spumosa, uerum hi neq; spumosa per sedem excernunt, neq; cum tussi expuunt, & tamen saepius manifeste quæ sunt in uiscere asperæ arteriæ sunt eo opplete, quod defluxit à capite, quod iam concoctum est puri simile, sed spumosum minime. Sed neq; omnino ex pulmone spumosum sanguinē expuunt. Videtur itaq; cum ex propria substantia uisceris simul quicquam effertur, sanguinem esse spumosum. Sed & qui morbo lateralī laborant aliquando spumosum expunt, sed raro. His uero etiam rarius qui inflammationem pulmonis patiuntur, calore autem, ut mihi uidetur, intemperato, atq; igneo in patientibus partibus aggregato. Si uero quod à capite defluit ad asperas pulmonis arterias, ut nōnulli uolunt, permeat ad inferiora, primum ad uentriculos cordis ipsum peruenire oportebit, post hoc duorum alterum, primum per cauam uenam ad gibba hepatis, deinde illinc ad caua, & ita per portas ad intestinorum inuolucra; aut primum quidem, ad magnam arteriam, deinde sic ad illam quæ est in mesenterio. Et quomodo adhuc spumosum remaneret sanguini mixtum, & tot cum eo uenas pertransiens?

## B R A S A V O L V S

**P**RIMO Galenus docet, Aphorismi sententiam indistinctam esse, nam & si aliis profluviis spumosum sit, statim inferre non debemus, quod ex capite sit nisi alia quædam signa prænouerimus. Nam hoc uerum est, quandoq; spirituoso humore ex capite ad uentriculum defluente, excrementa spumosa fieri; tamen & fiunt excrementa spumosa, uasis quæ ad uentriculum perueniunt illum effundentibus. sit & quandoq; una existente in uentriculo (ut ita dicam) contentiuā causa, & pluribus antecedentibus, est uero huius pituitæ contentiuā causa, flatuosus sp̄ritus, habens uehementem motum & inaequalem dum uentus alii humor commiscetur, unde necessarium est ipsum sp̄ritum flatuosum disrumpi, & qui etiam pituitam in multas paruas partes disrumpat, & ideo talis motus est illi causa spuma, & propria sua natura, quandoq; etiam caloris multitudine

**t**itudo spumam facit, ut cum res aliqua ebulliunt, sicuti in his quæ elixatur, ob calorem spuma uidetur. In mari uero uiolentis uentis agitato, fit propter motum & commixtionem simul fatus & aquæ portionibus fractis.

Quod in principio legitur, forent enim aliquando. Græce est, γένοντα μὲν γέρεαν τὸν, idest, fiunt enim aliquando, fieri enim possunt aliquando.

Quod etiam legitur, fieret enim quando in ipso uentriculo unam habes ut quispiam diceret causam contentiuam, Græce est οὐσίας δὲ ἀνθρώπου τὸν γένοντα μὲν γέρεαν τὸν, εἰς τὸν τοιούτον, idest, Fieret em quandoque & in ipso uentriculo, unā, ut quispiam dixerit, habens causam contentiuā. Cum autem in presentiarū de ceteris causa, sermo inciderit, Scire oportet apud recentiores medicos magnam atq; mirram difficultatem exagitari, de egritudinum causis. Nam qui Arabes sequuntur, simili cum Arabibus in omni morbo tria causarum genera inueniunt. unum uocant primitiū causam, & illa est quæ extrinsecus morbum facit, aut ad morbum mouet. Aliud dicunt antecedens causa, & est illa causa, quæ in corpore existens morbum facere apta est, & nondum facit. Tertium uocant coniunctam causam, & hanc dicunt esse quamcunque causam quæ in corpore est, & iam actu morbum facit; ut exempli gratia, si quis per solem ambulet, & humores accendantur, qui alioqui ad inducandam febrem apti erant, sed re aliqua mouente indigebant, causa primitiū est sol; antecedens uero est ille humor, qui ad febrem inducandam aptus erat, antequam induceret; coniuncta causa est humor, qui iam actu febrem facit, si per aliquot dies hæc febris perseveret; humor qui est in corpore, & qui febrem facere debet antequam faciat, semper est causa antecedens, cum uero facit, est causa coniuncta. Sed Recentiores qui Galeni dogmata sequuntur, dicunt, apud Galenum non inueniri nisi duo genera causarum, antecedētem scilicet & primitiū. & re uera, si Galenum considerare uoluerimus, ubi de causis mentionem facit, uidebimus omnino duarum causarum mentionem facere. nam in secundo De morborum causis libro post principium, cum de multis morborum causis in specie pertractasset, dicit, πάλιν οὖν ἐπειδὴν τοῖς ἔχοντας τῷ προκατέληγεν. Λοιδόρων προκειμένον, ἵνατος τῷ προπλάνην νοσημάτων ἀπέκειται πάλιν τὰς προτυγενεῖς αἵτιες, τέρποντες ταρπικῶν. οὐδέποτε γέρεαν τοῖς ὄπεσι λατεμένοις τὰς προτυγενεῖς, τοι σφόδρας ἑνεργεῖσαι. τὰς μὲν διανοτήτας ἀντοῦ ζῶον, εἴτ' οὖν σφεδεσμούς, εἴτ' καὶ κινήσεως θέσεως φύσης, αἵτιες ὁνομάζεσθαι προτυγενεῖς νοσημάτων, τέλος δὲ τοῦ προστιθόντος καὶ ἀλογεντοῦ καὶ μετεβάλλονται μεγάλως τὸ σῶμα, προταρπικούτερον προταρπικόν καλέστη ἄντα. idest, (Si Copum imitari uelimus) redeamus igitur ad id quod propositum nobis erat, nempe ut singulorum simplicium morborum causas explicemus, tum præcedentes, tum procatarracticas, idest, euidentes. neque enim fuerit absurdum dilucidioris doctrinæ gratia eas huiusmodi nominibus distinguere. eas igitur quæ in animali ipso consistunt, siue affectus sint, siue actiones præter naturam, causas nominant morbum præcedentes. Quæ uero extrinsecus adueniunt, si uehementer alterantur, immutantq; corpora, ea interim procatarrontas, interim procatarracticas causas appellant. Ut ex hoc Galeni loco facile coniūcere possis solum esse duas causas, προτυγενεῖς, quas aliqui interpretantur præcedentes, aliqui antecedentes, alijs corporales. προτυγενεῖς Cicero in tertio De finibus interpretatur productas, promotas, præpositas, uel præcipias. Sed de nominibus cura non sit, modo re ipsa conueniamus. & προταρπικούτερον, quas aliqui interpretantur euidentes, aliqui extrinsecas, alijs primitiū. has etiam hic uocat Galenus προταρπικέστερος, quas aliqui interpretantur præincipientes, alijs initiatæ, ut Hermolaus facit. Apud Galenum igitur manifeste appetat, in hoc loco solum esse duas causas, & in hoc loco nullam altiarum causarum mentionem facit, cum tamen id facere debuisset, & ad perfectam doctrinam necessarium fuisset, si alias causas præter has duas esse putaret, præser-tim quia hic liber est De morborum & symptomatum causis, prius igitur causarum genera distingue re oportebat, postea ad particulares causas descendere. Præterea in primo Methodi medendi libro, cum de morborum causis tractatus sit, dicit. Quartum uero ab his genus statuto, quod sit insalubrium causarum, atque harum, qua quidem in animali corpore consistunt, προτυγενεῖς, idest, præcedentes, uel (ut Recentiores dicunt) antecedentes. Quæ extrinsecus προταρπικα, idest, (ut Recentiores inquietunt) primitiū

primitiua, uel externas: & in hoc loco, in quo potissimum de omnibus causis mentionem facere debuisset, solum meminit antecedentis, & primitiua, coniunctam uero praeterit ac si nunquam nouisset, quod & in alijs multis locis facit. Adde & hoc, librum de causis procatarcticis fecisse Galenum, in quo quidem de antecedentibus mentionem facit, nunquam uero de coniunctis. Immo, quod maius est, in libro De plenitudine, contra Herophili quosdam sectatores disputat, & probat non dari causam σωκεπικλω, idest, contentiuam, uel (ut Recentes dicunt) coniunctam. Dicitq; se disputasse contra recentes quosdam stoicos de hac re, & ostendisse, illos ignorare quid per causam contentiuam intelligent. At quia Recentes dicunt, causam coniunctam illam esse, inter quam, & morbum nullae intersunt cause, propter hoc probemus hanc causam, inter quam & morbum nulla interierat causa, esse causam præcedentem apud Galenum. nam in libro Artis medicinalis capite octauagessimo octavo secundum Leoniceni partitionem hoc modo legitur, Jam enim factum atque existentem morbum curare oportet, sed qui nondum quidem est, at futurus est, eum ne fiat, ab illo qui in corpore est, affectu prohibere conuenit. eius aut qui adhuc sit, quod quidem factum est, curare; quod autem futurum est, ne fiat, prohibere oportet. prohibebitur autem sublato affectu, a quo quidem consuevit. Talis uero affectus causa antecedens uel præcedens nominatur. Factus uero iam morbus curabitur soluto eo affectu, a quo primum ea qua secundum naturam est actio laeditur, quem quidem & ipsum morbi essentiam dicimus esse. Ex quibus Galeni uerbis facile colligitur, inter morbum & antecedentem uel præcedentem causam nihil esse medium. nam is affectus apud Galenum, a quo primū laeditur actio, & a quo sit morbus, causa antecedens uel præcedens vocatur. Illud etiam addere decreuimus. Cause coniunctæ naturam esse (si illam quis esse putet) cum adeat, morbum adesse, & cum abeat, abesse. Tamen Galenus libro primo Methodi medendi dicit, eius affectus qui actionem impedit, cause possunt quidem etiam non esse, possunt autem & adhuc manere. at cum coniuncta causa non possit abesse, quin morbus auferatur, etiam haec coniuncta causa, apud Galenum causa non erit. Et si fugiat quis dicens illam non esse coniunctæ cause naturam, is a toto scopo aberrat. nam Auctena, & mox Recentes omnes illam per hoc definiunt. Hac sunt quaæ causam σωκεπικλω, idest, contentiuam apud Galenum inueniri negant. Tamen sunt alia, qua ex opposito certant. nam commentatio quam præ manibus habemus, non solum ostendit causam contentiuam esse, sed cuius affectionis sit, docet. Adde, non esse nomen nouum hoc ατία σωκεπικλω, idest, causa contentiuæ, sed apud antiquos extitisse, et erat ante Galenum, immo Galenus in libro contra Julianum dicit, hoc nomen cause contentiuæ a stoicis cœpisse: docebatq; sui temporis recentes id nomen non recte usurpare, tamē ne ipse de uocibus contendere uideatur, illo nomine uititur. Potest & in hūc ordinem introductorius liber adduc Galeno attributus, in quo de hac causa ita differit, σωκεπικλω ἀπογένησθαι τὸν τύπον, τιμεστὶ καὶ τὸν τύπον, καὶ τὸν τύπον, λίνεται, ὡς σχόλιον, καὶ Βέλος, idest, causa contentiuæ illa est, qua cum præsens est, & morbus præsens est: & cum auferatur, etiam morbus soluitur, ut spina, & telum. Certum uero est hanc definitionem causa præcedenti competere non posse, quoniam plerumq; ea ablata, morbus adhuc perseverat. Igitur contentiuæ uel coniunctæ solum competit, & consequenter una erit causa apud Galenum a præcedente distincta. In hunc ordinem illud referendum est, quod in Definitionum libro Galeno adscripto legitur, scilicet σωκεπικλω ἀπογένησθαι τὸν τύπον, ἀπογένησθαι τὸν τύπον, & σωκεπικλω, idest, Contentiuæ causa illa est, qua cum præsens est, præsentem quoque morbum seruat. cum uero abeat, morbum quoque auferat, ut in uesica lapis. Ex quo loco non solum habetur contentiuam causam esse, sed etiam definitur. Nos igitur hanc dubitationem soluere uolentes dicamus cum Nicolaio Leoniceno causam coniunctam apud Galenum non inueniri. At cum constet in aliquibus locis a Galeno contentiuam uel coniunctam hanc causam poní, propterea sim pliciter proferendum non est, ut fecit Leonicenus, non esse apud Galenum causam coniunctam: sed ut in libro contra Julianum habetur, ipse non uult nos eo nomine simpli citer uti debere, sed solum in his quaæ esse habent dum fiunt. In his enim dicere potes, illam esse antecedentem causam, quaæ opem morbo subministrat: & contentiuam, uel

coniunctam illam, quæ sub ipso iam est. Illæ uero sententia, quæ ex Galeno adducuntur in libro de plenitudine, ad aliud propositum esse uidetur, & quæ ex libro definitio num uel introductorio referuntur, Galeni non sunt, nam cōstat in illis libris multa esse, quæ Galeni dogmati ex diametro oppugnant, immo in his ipsis Definitionibus exempla & uana sunt, & Galeni dogmata peruerunt, nam lapis in uestica est morbus, non morbi causa apud Galenum: spina uero, aut telum, sunt extrinsecæ causæ. Breuibus igitur inferamus, apud Galenum solum esse contentiuam causam in his quæ esse habent, dum fiunt. In morbis uero qui iam constant, non est alia causa quam præcedens, & si quis contentiuam in his etiam inuenire uoluerit, certe constabit esse morbum ipsum, & à morbo non differre. Hæc obiter in hac Galeni commentatione dicta sint, nam alias hanc rem diffusissime tractaturi sumus, præsertim cum inciderimus magna circa hanc rem doctissimorum uirorum dissidia, scilicet doctissimi uiri Sebastiani Montui, & celeberrimi Leonardi Fuchsij Marchionum Brandenburgensium Archiatri. Nunc igitur Galeni commentationem prosequamur.

Quod etiam legitur, talis uero motus ipsius est causa, lege ipsi est causa & non ipsius. nam græce dicitur *αὐτὸς*.

**S E C U N D O** Galenus nonnullos reprehendit, qui dicebant ideo esse spumosa excre menta, quia à pulmone ad uentriculum deueniāt, sed de his miratur Galenus, quoniam cum à capite ad pulmonem fluctiones fiant, oportet in his alii excrementa esse spumosa: sed non sunt spumosa illa quæ per sedem excernuntur, nec cum tuſsi expiuntur: tamē ſæpe uidemus asperas arterias quæ in pulmone sunt, illius materie esse plenaſ quæ à capite defluxit, nam concoctum eſt, & puri ſimile, & nullam habet ſpumam, immo ex pulmone ſemper ſpumofum ſanguinem nō expiunt, ac ſolum ſpumofum tunc eſt, quando ex propria pulmonis ſubſtantia ſimul quicquam effertur: immo & hoc experientia uidetur, eos qui morbo lateralı laborant, quandoq; ſpumofum expuere, ſed id eſt raro: & illi qui pulmonis inflammationē patiuntur, poſſunt quidem ſpumofum expuere, ſed rariuſ quam lateralı morbo laborantes. Et ratio eſt cur quandoq; expuant, quia calor intemperatus atq; igneus in patientibus partibus aggregatur.

Vbi legitur, Quod iam concoctum quidem eſt puri ſimile, græce habetur ὁ πεφύω μὲν, ἀναπνετε τον πνευματικον, ideſt, quod coctum quidem eſt puri ſimile.

Quod etiam legitur, Sed neq; omnino ex pulmone ſpumofum ſanguinem expiunt, legi debet, ſed neq; ſemper ex pulmone, græce enim eſt, ἀλλὰ τὸ ἄμφα οὔπω τὸ ἀφεγώντας ἀναπνήσοντας ἐν πνεύμονι. Melius eſt interpretari hanc particulam οὔπω τὸ ſemper, quam omnino.

Quod etiam legitur, calore ſcilicet ut mihi uidetur, hæc particula Scilicet uacat.

**T E R T I O** Galenus prosequitur, ſi id quod à capite defluuit, ad asperas pulmonis arterias, & ut nonnulli uolunt, ad inferiora defluuit, uideamus per quam uiam tendit, nam oportebit primum ad cordis uentriculos peruenire, deinde necessarium erit, uerum al terum sequi: uel quod primum per cauam uenam ad gibbam partem hepatis, & à gibba ad concavam perueniat, & ita per portas ad intestinorū inuolucra, uel primum quidem ad magnam arteriam, deinde transeat ad illam quæ eſt in mesenterio. Sed quicquid fit, quomodo adhuc ſpumosa remaneret pituita ſanguini mixta, cum eo tot uenas pertransiens. Reperitur quidam contextus, in quo ubi legitur primum ad uentriculos, habetur id, ideſt, aut ad uentriculos, magis probo ut legatur primum, quam aut nam & Aldinus codex, & noſter antiquus, & alij multi habent πρῶτην, ideſt, primum.

### APHORISMVS XXXI

**Q** Vibuscunq; febricitantibus, in urinis fiunt ſedimina, ueluti farina crassior, longam ægritudinem fore significat.

### BRASAVOLVS

**D**E urinis in præsentiarū quædam ab Hippocrate edocentur, quæ ſciu egregia ſunt, & quæ forte in quartū librū reponenda uiderentur, immo & Oribasius hæc in quarto libro inter-

interpretatus est. Qui ergo febre correpti sunt, si in urinis fiant sedimina ueluti farina crassior, ægritudinem diuturnam futuram iudicato. quoniam significatur materiam esse crassam, quæ hanc febrem facit, & ideo breui tempore resolui non poterit, immo, ut dicit Galenus, Si uires sint imbecilles, hi cito moriuntur: si robustæ, morbus diu perdurabit. Oribasius uero dicit hæc sedimina ob multas causas fieri, uel ex humoris cruditate, uel ex inflatione quæ corrumpit, uel ex defluxu humorum è capite, quem rheuma tisum dicunt. Tamen si petas de quibus hic sermo sit, Respondebit, de his quæ ex crasso fiunt humore, unde diutinam significant ægritudinem. Philotheus etiam dicit, ἐάν αἱ φροντίδηι πινάκεις οὐρανοῖσι, ἔχονται πολύγραφω κειμένοι, οὐ δέ σωτητέις σώματοι γίνονται, οὐ δέ παχεῖαν ὑλικὴν ὡς τῷ σώματι νόοι θραυσταν πολύφραγμαν αὔτιλα, πολύτοτα οὐ τῷ σώματι νόοι λόγος θέτει τῷ ιπποκράτῃ, idest. Si partes quasdam crassas inuenieris, circumscriptionem habetes ueluti farinam, uel ob corporis colligationem fit, uel ob crassam materiam in corpore existentem, & ob ipsam caliditatem circumobstruentem, de hoc igitur significato sermo Hippocrati est.

*διεστοι πυρετοστη.* idest, Quibuscumque febricitantibus.] nam in his qui febre correpti non sunt, & si mala sit hæc urina, quia præter naturam est, tamen non considerabitur; nec qui hanc mingunt sani alioqui mentem habent, & plerunque renes expurgantur sponte sua.

*ἡ γένος οὐροι κειμένοις ζωστισ γίνονται.* idest, In urinis sedimina, uel subiecta, uel hypostases ueluti farina crassior fiunt. ] dictum est superiorius in quarto libro, hypostasis esse id contentum in urina, quod in fundo iacet. Quid uero κειμένοις ζωστισ hypostasis sit, considerare oportet. Idq; facile fiet si quid sit κείμονος, cognoverimus. Philotheus hoc loco dicit, κείμονος κελεύστοι παλαιοὶ τὸ ἄδρον φέρον τὸ ἀλφίτον, ή τὸ στέγα, η τὸ τότε μεταφορεῖς ὡς τῷ ζεῷ, idest, κείμονος ueteres dixerunt robustiore partem farinæ uel tritici, ab hoc per similitudinem in urina dicitur. Forte Celsus de hac intellexit, quando in secundo libro capite quarto dicit: pessima ex his si tanquam ex surfuribus factas nubeculas representat; ut per surfura crassam farinam intelligat: tamen de urina surfurea sedimina habente in quarto egimus. Dioscorides libro secundo capite octuagesimo primo de crinno uerba facit, à Latinis puls dicitur, fit ex crassa tritici farina, uel zeg, prius fiebat ex hordeo, unde nomen habet ἡ τῆς κειθῆς, idest, ab hordeo. unde illi decipiuntur, qui hī interpretati sunt κειμένοις, idest, simile, nisi idem intellexerint, quod à Leo niceno interpretatum est. Paulus libro septimo, & omnes antiqui de crinno eodē modo agunt, quo Dioscorides. Actuarius libro primo De differentijs urinarum uocat has hypostases crinnodes. eius interpres absurde dixit similas, quoniam simila est farinæ flos, non crassum quod in farina residet, iuxta illud Martialis,

Nec poteris similas dotes numerare, nec usus.

quæ ex male molito triticō, ordeoue cribrata uidentur surfures, quæ nunquam surfuribus sunt pleniora, hæ crinnodees uocantur, non ut surfures tenues. Forte Celsus ut superius diximus, surfures uocavit, à quo Plinius libro uigesimali octauo, capite sexto prope finem accepit; tamen surfuream à crinmodi distinguunt. Actuarius libro secundo De iudicijs urinarum, cum locutus esset de hypostasi orobea, surfurea, & laminea, inquit, harum autem trium pruarum hypostasium pessima est illas excedens crinnodis, tantum ab hisce prauitate differens, quantum ipsa uicina est mortificationi. nanque febris præueniens etiam usque ad cōcisionem partium amplarum, crinnodem eiusmodi hypostasim reddidit. ueruntamen hic est distinguenda crinnode hypostasis ab assato sanguine. Nanque si contenta fuerint alba, tum signum est crinnodem esse: si uero sint rubra, signum est sanguinis assati. Idem Actuarius primo De causis urinarum libro capite uigesimali causas hypostaseum crassarum ueluti farina crassior ostendit, dicens, factas esse ex calore febris, quando calor solidiora corpora attigerit. unde dicit, quemadmodum à mediocri atque genuino calido fingitur atque perficitur unumquodq; horum, ita ab extraneo calore, ac immoderata febre distrahitur atq; colliquefit, & cōsumptionis corporum febris est causa penetrans ad usque profunditatem. Sed ut appareant frustulorum species quedam diuersæ, à liquefacta materia suborta est differentia. Quā-

obrem habes etiam rationem hypostasis furfureæ, & lamineæ, atque crassam ueluti farina crassior, creditam ijs qui sufficienti pollut ingenio. At similis farinæ crassiori, de qua nunc agit Hippocrates, propter hanc causam non fit, propterea statim ab Actuario additur: ueruntamen non ignorare oportet interdum humorū crudorum spissatorum effigiem quandam apparere uergentem ad species similes prædictarum hypostasium, & haec proprie est causa hypostasis farinæ crassæ similes, de qua in præsenti aphorismo agit Hippocrates, & quæ febrem futuram longam ostendit. Idem Actuarium in fine capituli decimiquinti primi libri De præudentijs urinarum, hanc præudentiam tribuit. Nanque si eiusmodi contenta plura fluxerint, atque in peiora processerint, fas est pronuntiare mala esse, atque naturam lassitudinem deficere, quod illa corporis habitum, & cōpagem corrumpat. Contra uero si pauca apparuerint, atque ad minus mala assidue uerant, pronuntiandum salutem ægræ aduentare, atq; sperandum esse.

*Μαργλω τὸν ἀρρώστιον οὐ μάνεται. idest, longam ægritudinem significant.] Quia & simul materiam crassam esse significant, quæ longo tempore indiget, ut coquatur. unde & à Philotheo dicitur χόρη γαρ δίεται καὶ φύσις εκλεπτώσαι τὸν παχέαν ὄντων, idest, Natura enim longo tempore indiget ad crassam materiam attenuandam.*

## G A L E N V S

**E**T H I C sermo adhibita distinctione fit uerus, ab experientia comprobatus, quia tales urinæ exitiales sunt, sicuti etiam in prognostico dictum est, & plurimi morte præripiuntur, antequam ægritudo diutius protrahatur: & quicunque ex ipsis sunt liberati, his omnibus in longum producta est ægritudo, cum dispositio multam requireret coctionem, in qua talis urina mingitur. Dictum autem est a nobis in libro De crisiis, siue iudicijs, plenius de urinis omnibus. In Epidemij autem (sufficit enim mihi de duobus ægris tantummodo fecisse mentionem) In primo quidem libro de Sileno secundo conscripto post tres constitutiones, de quo in sua enarratione, sic inquit. Minxit totum simul subcrassum euacuum sedimen instar farinæ crassioris album, extrema rursus frigida, undecima mortuus est. In tertio autem De ægro ordine tertio, de quo ipse ita scripsit in sua enarrationis initio. Qui faciebat in horto Dealcis, deinde paulo infra. Vrinæ tenues varia habentes sublitamenta parua, instar farinæ crassioris. Hunc autem dicit quadragesimo die fuisse iudicatum. Liquet igitur ex his exemplis, quod quicunque mingentes urinam simile farinæ crassiori, si saluari debeant tarde liberatur. Quicunque uero exitialiter se habent, contingit hos quācito interire.

## B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet, hunc aphorismum fieri uerum, si distinctio quædam adhibetur, nam & experientia ipsa uerum esse comprobat, quoniam urinæ habentes hypostases crassæ farinæ similes, sunt exitiales. immo Hippocrates in libris Prognosticorum idem dixit, unde plurimi has urinas habentes prius obeunt quam ægritudo diutius protrahatur, & si qui sint qui liberentur, ægritudinem in longum produci necessarium est, & hoc ratione, quia dispositio, in qua talis urina mingitur, multam coctionem requiret. at de omnibus urinis in libro De crisiis plenius a nobis pertractatum est. est autem capite sexto primi libri, in quo tamen loco de urinis imperfectissime atque multe agit, immo nullus est particularis locus, in quo urinarum scientiam faciat Galenus.

Quod legitur, Quia tales urinæ exitiales sunt, legi debet: Quia urinæ in modum farinæ crassiori, nam Græce est ὡλθεῖα μὲν γαρ δίεται καὶ κειμνῶσιν τῷ γένει.

**S E C U N D O** Galenus casus quosdam refert apud Hippocratem in libro Epidemiorum positos, de nonnullis qui hanc urinam habebant. Primo refert Sileni casum, qui in primo libro est, in tertia constitutione, & est secundus languens, nam hic minxit totum simul euacuum sedimen, instar farinæ crassioris album, extrema rursus frigida, undecima mortuus est. Sed hic casus non uidetur multum ad propositum, quoniam & si Silenus in decimo die talem hypostasim minixerit, & in undecimo mortuus sit, in præcedentibus

cedentibus uero diebus non habuit illam hypostasim, nec similem urinam, sed primo die urina fuit nigra habens sedimentum nigrum. Secundo die habuit etiam lotia nigra. Tertio die lotia fuere turbulentia & nigra. Quarto die eodem modo. Quinto die lotia tenuia & perlucida habuit. Sexto die non minxit. Octauo die cum dolore uellicantia minxit, lotia tenuia, perlucida. Nono die eodem modo, decimo die, multum simul subcrassumq[ue] minxit cum sedimento candido instar faringe crassioris. Alij interpretantur simi lagino, quod Leonicenus uerit instar farine crassioris, græce uero est κελυφός. Vnde igitur Hippocratem non posuisse illam urinam, nisi cum fuit morti propinquus. At opus esset, si ad aphorismi propositum hoc Galeni exemplum conueniret, quod in principio etiam talem urinam habuisset, sed omnes aliae urinæ, quas minxerat Silenus, mor tem futuram prædicebant.

Quod legitur, Minxit totū simul, sunt Hippocratis uerba in primo Epidemiorum, est tertius casus apud Hippocratem de illo qui erat in horto Dealcis, quem casum etiam si considerare uolueris, non uidetur satis ad propositū Hippocratis hic, quia Hippocrates in primo Epidemiorū de Hypostasi non loquitur, sed de enæoremate, uerba eius sunt: γιαωγίματτας έχεται σμηρά, οιον κείματα. idest, enæoremata uel sublationes parvas, instar farinæ crassioris partes. libri Epidemiorum interpres uerit γιαωγίματτα idest, superfluitas. At hæ urinæ secunda die apparuere.

TER T I O Galenus ut seipsum forte de primo exemplo excusat, dicit ex his exemplis manifestum esse, quod quicunq[ue] talem urinam mingunt, si saluari debeant, tarde liberantur; si uero exitialiter se habeant, cito moriuntur, ut in primo exemplo patuit, & pro secundo exemplo forte dicendum est, hic Hippocratem per hypostasim intelligere tam ueram hypostasim, quam enæorema, & nebulam.

Quod legitur, liquet igitur ex his exemplis, legi debet, liquet igitur & ex his exemplis, nam græce habetur ἀνθεγένεια τοποθεσία γυμνάτων.

**Q**VIBUS autem biliosa sedimina supra tenuia, acutum morbum significant.

## B R A S A V O L V S

VRINÆ quæ hypostasim biliosam habent, & in superiori parte tenues sint, morbum acutum significat, idest talem qui cito terminabitur, quoniam materia biliosa calida est, & quæ morbos accelerat. Vnde ab Oribasio dicitur, tales urinas ex biliosa materia fieri, & sicuti humor biliosus est acutus, ita acutum generat morbum. Philotheus his paucis hunc aphorismum exponit, inquietus, ὅτι τοῦτον δύνανται, ὅτι ὄστις χελώνεις εἰς τὸν στόντα ποταμόν, τοποθετεῖσθαι τὸν χελῶνα. ἐνώπιον δὲ τοῦτον οὐρανὸν νοσήματα, λεπτὰν γάρ τοι τούτους, οὐαὶ πομονὴν δύλεστον νόσους, οὐδὲ διάτια, ἐπειδὴ οὐρανὸν σύμπεντος, οὐδὲ διάγραμμα, idest, Quod dicit tale est; quibus biliosæ hypostases insunt, his coloratae sunt à bile. superioris autem, idest ex principio ægritudinis tenues, & aquosæ, breuem morbum significant, & causa est, quoniam concoctio fieri incipit, & materia deobstrui, idest aperi.

Οὐσιον δὲ χελώνεις εἰς τὸν στόντα ποταμόν. idest, Quibuscunque autem biliosæ hypostases, & bilis colorem habentes, qui flavius est. Actuarius libro secundo De urinarum iudicij capite sexto dicit: bilea contenta etiam mala habentur, quippe quæ exactam bilem rubeam in coctione tertia significant. At capite decimo sexto primi De causis urinarum libri causam contenti biliosi edocet, quam dicit esse huius humoris abundantiam, uel quia sanguis ipse in bileam qualitatem corruptitur, uel quia multa fit ciborum inculcatio bilem gignentium, uel quia hi humores in corpore creuerint. Actuarius uero has semper iudicat malas. Hippocrates autem hic potius illas bonas iudicat, quia morbum acutum significant, qui cito terminaturus est, & quia iam

accelerant ad coctionem, tamen malæ sunt, quia morbum significant.

*αὐθεντική οὐσία, id est, Superius autem tenues.]* Si quis intelligat superius, hoc est in superiori parte, opus est ita intelligere quod hypostases in parte inferiori ad crassum tendant, in parte superiori ad tenue. Tunc enim significatur coctionē iam fieri & esse in procinctu. intelligo autē tenues nō simpliciter, sed respectu crassitiei quae est in parte inferiori. Uel dicamus, ut Galenus intelligit, & post ipsum Philotheus. Superius autē tenues, id est, quae in præcedenti tempore tenues fuerint, postea biliosa appareant. & hæc expostio à Galeno laudatur, quia Hippocrates semper aquosas urinas, tenues uocat.

*οὐσία τὸν αὐθεντικὸν οὐσίαν σημαίνει. id est, acutam ægritudinem significant.]* non quidem acutam, id est, saeuam, & quae graui symptomata habeat, sed acutam, id est, breuem, & quae cito terminatura est.

#### G A L E N V S .

**B**ILOSV M quidem semper acutos morbos operatur, dictum enim à nobis est, quod amarè bilis humorem ita medici prisci consuevere appellare, sicuti melancholicum semper cum adiectione dicunt, non simpliciter bilem proferentes, sicuti flauam, sed atram bilem nominantes. Quod autē dicitur, supra tenues, hoc est aquosæ, sic enim consuevit uti tenui appellatione Hippocrates, non bene utique dictum uideretur. Urinā siquidem aquosa, cruda est, & diurna. Equidem nunquam uidi urinam cuius sedimen biliolum esset, pars uero superfluitas aquosa. Non absq; ratione igitur nonnulli expositores dixerunt aduerbiū, supra, non locum, sed tempus hoc in loco significare, ac si ita diceretur. Urinarum sedimina quando ab initio tenuia sunt postea uero biliosa sunt, acutum morbum significant.

#### B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet, quod biliolum est semper acutos morbos facere, nam bilius est humor qui cito & impetuose mouetur.

**S E C U N D O** docet, antiquos medicos consuetos esse per hoc uocabulum *χελώνη*, id est, bilius, amaram bilem intelligere, sed humorē melancholicum non simpliciter significant, immo semper addunt particula atra, ut bilius atra, quod in flaua non faciunt, quia ipsam simpliciter bilem uocant.

**T E R T I O** considerat illam particulam, supra tenues, quam si uelimus exponere, ut Hippocrates consuevit, dicere oportet, tenues, id est, aquosæ. At si hoc modo exponamus, absurdum uidetur, quia urina aquosa est cruda, & morbum diutinum significat, non autem acutum. adde, quod nunquam uidit Galenus urinam, cuius sedimen esset biliolum, & pars superfluitans esset aquosa.

Quod legitur, equidem nunquam uidi urinam, cuius sedimen, hæc particula, Sedimen, Græce est *ὑφεστερνός*, idem significat, quod hypostasis.

Quod etiam legitur, superfluitans, Græce est *παλαιός*.

**Q U A R T O** illos Galenus laudat, qui exponunt hoc aduerbiū *αὐθεντική*, id est, supra pro tempore, & non pro loco; ac si diceretur, quando urinarum hypostases ab initio tenues sunt, deinde biliosa sunt, acutum morbum significant, id est, talem, qui cito terminatur sit. immo & si diceremus impetuose moueri, forte non esset ab re dictum.

#### A P H O R I S M V S    XXXIII

**Q**VIBUSCUN<sup>z</sup> URINÆ DISTANTES SUNT, HIS TURBATIO FORTIS IN CORPORE FIT.

#### B R A S A V O L V S

**V O C A T** Hippocrates urinas distantes illas, quae suam substantiā ita diuersam habent, ut in una parte tenues, in alia crassæ uideantur, necessarium est eum quibus urinas minxerit, turbationem fortis in corpore habere, quia necesse est aliquas materiae partes esse coctas, alias esse renitentes atque tumultuantes, ex quo fit turbatio, &

batio. & ideo Philotheus dicit, οὐεντος ἔρων, παλαιὸν τὸ αὐθάκαλον τὸ πεπάνη μὲν πεπέμψασιν ἐπέχεον, πεπάνη λέπτη ποιῶν, χαλεπά εἶναι, λύγοι γὰρ πᾶν μὲν ἀπορίαν τὴν φύσεως, πᾶν δὲ περάφυσην σφεύσεως. οὐγίπποντος ἀντος ἐφη τὸ ποιῶν παραχνήσιμον. id est, Distantem urinam vocat inaequalem, quæ secundum quid sit cocta, secundum quid cruda. quibus hæc urinæ sunt, male sunt. ostendit enim alicubi na- turæ temperiem, alicubi uero dispositionis præternaturalitatem, unde Hippocrates de- center dixit, tales turbationem significare.

Oribasius has distantes urinas tribus modis fieri dicit, aut ex meatu obstructione, aut ex crassa materia, aut ex uirtute imbecilli, quæ coctione non operatur. hæc de quibus nunc mentionem facit Hippocrates, ex crassa materia fiunt, atq; meatuum obstructione, quia dicitur turbatio, hoc est cōfusio humorum. unde uidentes in doctrina medici tales urinas, existimāt esse quasi frigidas. dum enim uident, mox relaxationem corporis mo- liuntur. id est, uena sectionem. hæc Oribasius.

Οὐεντος δὲ οὐεντος τὸ τῆς γίνεται. id est, Quibuscumque urinæ distantes sunt.] Vel in- stabiles, uel ut Theodorus, disiectæ, quia habeant diuersas partes, aliquas crassas, aliquas tenues, alias mediocres.

Τετράστοι ταραχὴν ἢ τὸ σώματον ἰχνεύειν. id est, His turbatio uehemēs in corpore est.] Nā urina, quæ partes uariæ habet, diuersas in corpore motiones significat, quæ ipsum omni- no turbant. sed tu ambigere poteris in qua parte hæc diuersitas considerāda sit, an in uri- ne substantia, an in cōtentis. Rēspōdemus, Actuarium diuersitatē in urinā ponere, tum ex parte ipsius substantiæ urinā, tū ex parte cōtentorū. sed nos hanc distantiam potissimum in contentis intelligimus, quia hoc frequenter uidetur, partem cōtentorū esse tenuem, partem crassam, partem mediocrē, & hoc in eodem tempore intelligimus. id est à nobis di- cūtum est, quoniam Actarius diuersitatem facit in urinā etiā secundum dies diuersos. nam hodie crassa, cras tenuis, altera die mediocris. immo & diuersitatem facit penes co- lores, tamen in eodem urinæ corpore eodem tempore non uidetur hi diuersi colores, sed bene in contentis. Si etiam intelligeremus esse distantes secundum colores, eadem ratio esset, quia colorum diuersitas coctionis diuersitatem ostendit.

## G A L E N S

S I V E R B U M distantes in propria significatione accipiatur, rem impossibilem o- stendit: urina si quidem semper est sibi ipsi continua, nullum spatium uacuum ha- bens interiectum. Si uero per id substantiæ inaequalitatem dici intellexerimus, recte dixit fortē significari perturbationem, nam superante natura, omnia æqualiter uni- ta sunt; egris uero causis tumultuantibus, ac renitentibus ei, illud quod obtinetur, atq; concoquitur aliam habet formam. Renitens uero, atq; tumultuans aliam, & quando plura huiusmodi fuerint, uariam magis ostendunt urinarum inaequalitatem, & eius causam perturbationem.

## B R A S A V . O L V S.

P R I M O Galenus docet, si hoc uerbum τὸ οὐεντος, id est, distantes in propria si- gnificatione accipiatur, rem impossibilem ostendere. nam uocabulum distantes dis- continuationem quandam significare uidetur, quæ in urina inueniri non potest. nam ur- ina semper est sibi ipsi continua, nullum spatium habens uacuum interpositum.

S E C U N D O docet, si per hoc uerbum distantes intelligatur substantiæ inaequalitas, tunc recte dictum est significari perturbationem fortē, quia in coctione quando natu- ra uincit, omnia æqualiter sunt unita. Sed cum causæ ægreditur tumultuantur, & na- turæ renituntur, illa pars quæ coquitur, aliam habet formam à parte renitente, nam hæ- renientes aliam habet formam, & quanto plures fuerint renitentes materiae, tanto ma- gis erit urina uaria & inaequalis, quæ ita fit ob perturbationem.

Quod legitur, Si uero per id substantiæ inaequalitatem dici intellexerimus, græce est, οὐεντος τὸ σύστομον αὐθάκαλον εἰρηδα δε χίμετρα, ubi uides particulā σύστομον à Leon- ceno interpretatam esse substantiam. Nos potius interpretandum putamus, si uero per id coniunctionis inaequalitatem.

**Q**VIBUS IN URINIS BULLÆ SUBSISTUNT MORBUM RENALEM & LONGUM SIGNIFICANT.

## BRASAVOLVS

DE BULLIS, quæ in urinis apparent, multa ab Actuario differuntur. nam primo liber de urinarum differentijs capite decimo octavo bullas distinguit, in magnas, parvas, & mediocres. & in aliquas quæ per totâ urinæ superficië apparent, & quæ solum in corona, & harum quæ sunt in corona, aliquæ sunt in tuta corona, aliquæ in una eius parte, aliquæ in pluribus partibus: uel manent in corona & in superficie media urinæ, uel manent in altera sola medietate superficie, uel habent alium modum inordinatum & complicatum, tam per superficië, quam per coronam. Earum quæ sunt in corona, alia singula, alia binæ, alia ternæ, alia alio numero, uel omnes in eadem magnitudine, uel non omnes sunt. modis modo bullæ quæ in ipsa superficie sunt, aut singula, aut binæ, aut in alio sunt numero. sed ab Actuario unū notatur, intelligendū esse nō de bullis quæ sunt dum mingimus, postea abeunt, sed de illis quæ perseverant etiam refrigerata urina, nam istæ à fortiori causa factæ sunt. In secundo uero de urinarum iudicij libro ca. decimo quarto haec bullarum iudicia ponit. Primo supponit, quod cū nimis albis urinis bullæ non sunt uisa. Secundo, quod neq; sunt uisa cum rubris, aut semel, aut bis, quia cum excessiis qualitatibus non uidentur, unde solum sunt in urinis albis, spicis, aureis, & subrubris. Bullæ igitur, quæ sunt in corona sola integra serie circumstunt, si contigerit ut colore humoris urinæ tinctæ sint, significat maiorem capitì affectionē adesse, atq; dolorem non mediocrē: quæ uero sparsum in corona manent, hæ à debiliore causa generantur, atq; sunt liter significant debiliore dolorem. Bullæ albæ in coronæ ambitu significat aut paruum aut nullū dolorē. At in urina tenui, & absq; hypostasi potius indicat renū oppilationem. In his qui habet seminis fluxū bullæ apparent densius in urinis per coronā. In secundo uero De causis urinarū li. ca. quarto docet, bullas fieri spiritu cōtento circa renes, inquiens: quin etiā eadem motione circa renes & uescicam facta ab aliqua contingente locorum angustia spiritus ingeneratur, & bullæ excitantur. Non minorē motionē quoq; circa uasa seminaria facta generantur spiritus, atq; transmituntur ad uasa urinaria. De bullarū uero praeudentijs in primo De praeudentijs urinarū lib. egit capite decimosexto. Sed de hac de qua hic pertractat Hippocrates nullam mentionem fecit. Est igitur Hippocratis sensus, Quibus in urinis (scilicet quæ tenues sunt, & absq; hypostasi secundū Actuarī) bullæ insidunt, haec significat morbus renalē, idest obstructionē in renibus, quæ fit ab humore crasso & crudo. propterea hic morbus erit diuturnus. Oribasius in suo Hippocratis codice habuit phrenesim, & nō morbi renalē. Est autē facilis transitus ex uocabulo Iohannem in uocabulum φρενική, itaq; hunc aphorismū cōmentatur Oribasius. Istud expūta accidit in spiritū flatulentū resoluta, cuius qualitas ad cerebrū ascendens phrenitidem facit. Longā uero egritudinē significat, quia crassa materia tardius attenuatur. Sed meo iudicio longe aberrat Oribasius. non phrenitis à pituita fieri nō potest, neq; ab ipsius fumis potius dicere debuisset, luteas bullas bilē in capite significare, ex qua poslit induci phrenesim. At supposito hoc esse uerū, quomodo dici poterit egritudinē esse longā, quia phrenesim acutus est morbus, propterea legere oportet φρενίς. idest renalis morbus.

Οὐδέποτε δὲ φύσιστη τὸ στόματον ἐθίσαντα παραλυγή. idest, Quibus in urinis bullæ insidunt.] Leonicenus in suo codice habebat οὐθίσαντα, non ἐθίσαντα, propterea interpretatus est subsistunt, & non insidunt, immo & prima lectio nostri antiqui codicis ita habuit. Si in urinis tenuibus & sine hypostasi bullæ insideant. tamē & si Actarius eo modo intelligat, non est necessarium quod hypostase careant.

Νεφελίκα συμάνσιον (alter codex habet νεφελίκων συμάνσιον.) idest, morbus renalē significat.] De quo superius etiam differuimus, quid uere esset φρενίς, ostendentes.

Καὶ μεντοὺς τὴν ἀρρώστιαν ἔστοι. i. Et lōgā egritudinē futurā.] Quia ex humorib. crassis frigidis glutinosisq; fit. & flatu cōmixto. Philoth. hoc modo totū aphoris. exponit: παφελυῖς πνεῦμα φυσῶδος καὶ οὐράνιος κατεπλακανόμενοῖς. αλλ' εὖθι γινεται πνεῦμας Θύγατης Θ

νέρωτητο, οὐ πάχειας οὐ λεπῆς. Ισαντα δὲ επάνω τῷ ςρῷ, οὐδὲ τὸ αὐθεῖδια ἔστι τοι πνεύματος οὐδεὶς δὲ φύειται πεμφολυγάδεστροι μηδὲ σύνεισι κρανίου, μηδὲ μαρτιοῦ τῶν τοῖς. Τὸ γάρ πάχος, οὐ μᾶκος χορού εἰσθεντὸν τὸ νοσήματον. ἀλλὰ μηδὲ τὸ νεφελίτην. εἰ τὸ πλευτόν γε φέρει τὸν εἰς τὸ πόρον ἐφέρεται, τυχόντος ἐν γαστρὶ θεώρητο, λεπτώμορφόν την κινήσει, ταχὺ δὲ ἀπεκτείνεται. idest. Bulla est spiritus inflatus ab humiditate cōceptus, sed ipsa fit à spiritu & humiditate uel crassa, uel tenui. Insidet autem in superficie urinæ, quoniā sursum impellunt à spiritu. Quibus igitur adsuerit urina bullarū plena, non statim desidet, longū morbus indicitur; crassitudo enim in longū tempus morbus extendere consuevit; sed certe & renalem morbum ex propinquis enim partibus fertur. Si enim ex meatibus deferretur, puta ex uentre uel thorace, attenuatū motu deduceretur, & cito desideret. Vnum est bullas perseverantes intelligi, & quæ in superficie sint. Plinius etiam libro uigesimali ca. sexto prope finem de urinæ agens dicit: mala bullantis & crassæ. unde bullas pro malo habet, sed mox sequitur: in qua quod subsidit si album est, significat circa articulos aut viscera dolorem imminere.

## G A L E N V S

**B**VLLÆ fiunt circumiectendo humore spiritui flatuoso. Solet autem hoc magis accidere, quando humor aliquid tenacitatis habet; tunc autem & bullæ ipsæ sunt stabiles, & difficulter solubiles. Cum igitur spiritus flatuosus una cum urinæ excernitur, signum est frigidæ ægritudinis renum. Hæc enim aggregat spiritum flatuosum, atque ideo autem ægritudinem fore longam. Frigidum enim omne est difficulter solubile, & uix coctionem admittit, atque ideo diu durat. Nonnulli autem ab acritudine urinarum aperiunt ora arteriarum quæ sunt in renibus, atque ita excerni spiritum aliquem, qui cum urinæ exit, & bullas facit.

## B R A S A V O L V S

**P**RIMO Galenus docet, bullas fieri, quando flatuosus spiritus sub humiditate extenditur. At hoc magis contingit, quando humiditas tenax est, tunc enim bullæ sunt stabiles, & difficulter solubiles.

**S**ECUNDO infert cum spiritus flatuosus una cum urinæ excernitur, signum esse frigidæ renum ægritudinis, spiritu quo flatuosum aggregat: & propter hoc ægritudo erit longa, quia uix coctionem admittunt, unde diu perdurant.

**T**ERTIO quorundam sententiam refert qui dicebant, ab urinarum acritudine ora arteriarum quæ sunt in renibus aperiri, & hoc modo spiritum aliquem excerni, qui exiens cum urinæ bullas facit.

## APHORISMVS XXXV

**Q**VIBUS insidens pingue, ac simul totum, his renum uitium acutum significatur.

## B R A S A V O L V S

**Q**VI huius generis urinas meiunt, quibus pingue quoddam supernatet, & hoc paucum non profluat, sed totum una uice, uitium renum significatur. Sæpius supra urinam quædam innatantia uidentur uel amni subtilli similia diuersorum colorum, de quibus differit Actuarius libro primo De urinarum differentijs capite decimo septimo dicens, quandoque fieri in superficie urinæ puncta olei nati pauca, nunc plura, nunc tenuia, nunc crassa, ut sit in pingui iure refrigerato, haec pinguedo, quæ est oleo similis, est uel totius substætia quod eliquatur, uel de renu substantia. uideturq; similis oleo haec pinguedo. unde & Actuarius oleaceas urinas has uocat, & in primo De iudicijis urinarum capite decidit, harū urinarum esse tres species nominib; distinctas, oleapparens, oleicolora, oleacea: dicuntq; pingui liquefacto, cū ipsa incederit adulterina caliditas, non modo in principio, & augmentatione, uerū etiā in summo manente ægritudine, urinæ eiusmodi aspiciuntur, siquidē in principio oleicolora præsentatur. Nonndū enim exacte eo colore tintæ sunt urinæ, ubi etiā paucum pinguis liquefactum sit. At in augmentatione spectatur oleapparens, cū liquefactio iam maius spatium habuerit; sed ubi exacte pingue colliquatum sit, tū urinæ colorum oleaceum præ se ferunt. hoc enim indicatur passionē esse in summo, ob in totu liquefa-

liquefactionem factam esse pinguis. Notatq; Actuarius, hanc esse differentiā liquefactę pinguedinis totius corporis, & ipsorum renum. Quia si hic color paulatim procedat, & multo tempore hi colores confirmantur, signum est febris per totum corpus diffusę, sed si breui atq; tumulatum idem appareat, passio renum solorum demonstratur adesse. & haec est differentia, quā assignat Galenus in cōmentatione. Alia tamē differentiā Actuarius etiam assignat: quia si à renibus proueniat, in renibus persentitur magna caliditas; si à toto corpore, in toto corpore ardor persentitur. In lib. uero De urinā prouidentijs capite decimo septimo uocat hanc pinguedinem colliquamenta, iubetq; si colliquamenta continua innatantia apparuerint, malum esse: atq; proferendū est, uel renes lœhos esse, uel corpus non alī colligatione præsente. Opus est ergo si supra renes pinguedo hęc quę supernat, significare debeat, cōprehēsim & una uice excerni, nō paulatim, & renes uehementer calidi esse debent. Oribasius in hoc aphorismo pingue non legit, sed crassum, unde dicit, quibus crassum & copiosum fuerit sedimē, nephriticā affectionē significat, & acutā ægritudinē, quia quod crassum est, infra decurrit: ueniēs aut ad renes, exhalari nō potest, unde acutos excitat dolores. quare intelligit acutum morbum non quī cito terminetur, sed eum qui habet dolores uehementes, re autem uera haec non est Hippocratis mens, sed illa, quam superius diximus.

*Οὐσίαν δὲ λιπήν οὐ πίστας, idest, Quibus insidens pingue.]* Et hic est uerus Hippocratis cōtextus. alij legunt λιπήν τὸν ράσασι, idest, pinguis hypostasis, ita habuit antiqua translatio, & Theodorus, qui uertit sedimen pingue: led de hypostasi intelligi nō debet, quoniam pingue non subsidet, ut Galenus in commentatione edocebit, immo supernat, propterea insidens scribendū est, non subsidens: sicuti etiā in præcedenti aphorismo dicebat bullas insidere, quia in superficie erant: ita hic intelligi debet pingue insidens, quod scilicet in urinā superficie natet.

*Καὶ ἀθρόα, uel ἀθρού, uel ἀθρόη, idest, Et simul totum.]* Secundum Leonicenū, Theodorus uero congettum exponit nos una uice iniectum, exponendum censemus, & comprehendim. quia ex hoc quod una uice simul ejicitur, in renibus uitium esse denotatur. nam cum pinguedo ab alijs corporis partibus defluit, simul non defluit, & comprehendim una uice & uno tempore, sed in multo tempore paulatim.

*Τετκοιηνη φεύλη καὶ δέσια σπαῖδει, idest, Iis renum uitium & acutum significatur.]* Quod quidem uitium est, quia renum pinguedo ex nimio calore colliquatur, & quae breui & facile exit, nam uis exītus proxima est. At si alia corporis membra colliquentur, longa indigent uia, antequam per uenas ad renes perueniant, & deinde per urinam exēant. Philotheus hunc aphorismum ita aggressus est: λιπήν τὸν ράσασι λιγεῖ τὸν πυελόν, γὰρ εἰλαύσῃ, οὐτὶς αὖ οὐ πίστας, οὐ δὲ τοιάτι τὸν ράσασι, φεύλη καὶ σπαῖδει, εὖν ἀθρόη θεῖν. τοτὲ σι ταχέα, οὐ πᾶς ἄποιξις οὐδὲ τὸν τρόπον γνωχθεῖται. οὐδὲ γάρ τὴν φεύλην τυπομένην ηπειρῆν ταχέως εἰκείνεται. τοῦ δὲ ηπειρῆν σπαῖδει, Βραστός, αὐτῷ οὐδὲ φεύλη τὸν ἀρρένων στοματίσι, σφοδρῶς θρυμβίσιν οὐ ποιεῖ παχύτατος τοῦ πυελοῦ σωτήκεσσαν. idest, pinguem hypostasis dicit, pinguem, & oleaceam, quae superius insidet. talis igitur hypostasis renum uitium significat, si simul collecta & comprehendim est, hoc est festina, ut semel uel iterum excernatur. pinguedine enim in renibus eliquata cito excitatur. In toto autem corpore, tarde. ipsa & acutam ægritudinem ostendit, uehementem caliditatem in renibus pinguedinem colliquefacientem prænuntians. Philotheus legit hypostasis, non insidens; tamen deinde expomens dicit, esse superius insidens pinguedinem, propterea non potest esse uera hypostasis, unde uel opus est impropre intelligere uocabulum hypostasis, uel legere πίστας, idest, insidientia uel supersedimentum, suisq; librarium qui nomen unū pro alio posuerit: noratq; esse acutam ægritudinem, quia cito terminatur, & etiam quia potest dolores effatu dignos inferre.

## G A L E N V S

**S**I V E alii excrementū, siue urina pinguis fuerit, ex colligatione adipis fit, nō magis in renibus, quā in toto corpore existentis: quare neq; omnino morbi renalē est signum, Sed commune omnis adipis ab igneo calore colliquati. Aut igitur ita audiendum est, sicuti in his de quorum uitio renali non ambigitur, non passionis genus, sed acutiem dñoscente, ac prædicente in hoc aphorismo Hippocrate. Vel pro uerbo, nephritica

phrītica, quod significat uitium renū, scribendum est phrenītica, sicuti quidam scripte re expositores. Atqui neq; hoc solius phrenitidis signū existit, neq; simplicis, neq; incen dentis, sed cuiuscunq; febris colloquanti. Quod uero, totum simul, sermoni adiectum est, potest & breuitatem temporis significare, & nihilominus potest & loci. Quod enim adstrictum est, & in se ipsum contractum, simul totum nōminamus, contrarium existens distracto, atq; disperso. Hæc igitur usq; ad hoc etiam à nostris præceptoribus fure interpretata. Quod uero mihi uidetur, iam dicam. Simul totum sermoni adiectum mihi uidetur de tempore dictum, atq; ideo adipis renū ostendere colligationem. In alijs enim partibus corporis adipes colloquati paulatim, & non uniuersim cum urina exeunt, primum colligatione participata à uenī illi uicinī, deinde ab his quæ continentur, & rursus ab alijs & alijs, donec ad renes perueniat. Adipis uero circa renes colloquati transumptio ad urinas celerrima est, & non paulatim, sed simul tota fit, atq; ideo in renibus ipsis dispositionem esse monstratur, cui rei & experientiam inuenies, si diligētius animaduerteris, cōsentientem. Cum uero duplex scriptura sit, in quibusdam quidem exemplaribus epistasis, idest insidens, in quibusdam uero subsidens, scribitur. Primam dicimus esse ueriorem. Insidet enim semper quod pinguē est & non subsidet, & quidem prioris aphorismi dictioni magis consonat ista scriptura. In illa enim Hippocrates dixit. Quibuscūq; aut in urinis bullæ insident, morbum renalem, & longum signifcant. Consentaneum igitur ei quod dixit insident, quod deinceps dictum est, Quibus insidens pinguē, & simul totum, his renū uitium, & morbum esse acutū significatur.

## B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, siue sint alui excrementa, siue urina, quæ pingua sint, semper adipis colligationem significant, & hanc quidem colligationem non magis in re nibus, quam in toto corpore esse, unde hoc non est morbi renalis signum necessarium, sed est cuiuscunq; adipis in quacunq; corporis parte à calore igneo colloquati communne signum.

S E C U N D O docet, uel audiendum esse Hippocratem, qui ex hoc morbi acutiem notet, morbus uero notus sit; uel pro hoc morbo nephritica, quod renū uitium significat, legamus phrenitica, ut quidam expositores faciunt.

T E R T I O docet hanc expositionem non conuenire, quia hoc non est signum solius phrenitidis, neq; simplicis phrenitidis neq; incendentis, idest, incendentem febrem habentis, sed est signum cuiuscunq; febris colloquanti.

Q U A R T O docet, hanc particulam ἀθρόου (quam Leonicenus interpretatur simul totum, Theodorus congestum, nos uero una uice) posse & temporis, & etiam loci breuitatem significare, nam quod est adstrictum, & in se ipsum cōtractum, ἀθρόου, idest una uice comprehensum, nōminamus; idēq; est distracto atq; disperso contrarium. præceptores nostri usq; adhæc cognouere.

Quod legitur, Quod enim adstrictum est, in se ipsum contractum simul totum nōminamus, contrarium existens distracto atq; disperso: græce est τὸ γνωμονίον, οὐδὲ τὸ ρύτον ἔχειν ἀθρόου ὑπομέλειαν γνωστον τοιχεῖον διεπαρυντον.

Q V I N T O Galenus sententiam suam aperit dicens, τὸ ἀθρόου, idest, una uice, quod in aphorismo additur, de tempore dici, propterea renū colligationem significat. nam adipes in alijs corporis partibus colloquati nō exeunt ἀθρόως, idest uniuersim & una uice cum urina, sed primo uicinē uenae colligationem participant, deinde aliq; his uicinē, quoad renes attingant. Si uero in renibus colloquatio fiat, pinguedinis transumptio ad urinas celerrima est, & nō fit paulatim, sed ἀθρόως, idest una uice, cōprehensim, itaq; adipis colligatio, quæ fit in renibus, ab illa quæ fit in omni corporis parte distinguitur: quod si experientia obseruare uolueris, uerum esse deprehendes.

S E X T O notat, cum duplex scriptura inueniatur, una quæ dicit ἐπίστασις, idest, insidens, alia ἔποστασις, idest subsidens, primam lectionem magis probat Galenus: quia pinguedinis natura est insidere, non subsidere. & hoc ex præcedenti aphorismo cōfirmat, in quo Hippocrates usus est uocabulo insidens, inquiens: quibuscunq; autem in urinis bullæ insident, morbus renalem & longum significant, unde ut illi consentiat, hic etiam dixit quibus insidens pinguē,

YY Quod

Quod legitur, in quibusdam uero subsidens scribitur, legitur in quibusdam uero ~~uero~~, ~~sæpius~~, idest, subsidens scribitur.

## APHORISMVS XXXVI

**Q**VIBUS autem morbo renali laborantibus, prædicta accidunt signa, doloresq; circa spinæ musculos fiunt, si quidem circa loca exteriora fiat, abscessus quoq; exterius futuros expecta. Si uero dolores magis circa loca interiora fiunt, etiam abscessus expecta futuros interius.

## BRASAVOLVS

D V O precedentes aphorismi signa quedam prosequuntur, quibus renum uitia deprehendi possunt. Nunc uero homine supposito, qui renali morbo laboret, ut ex praecedentibus signis dignoscatur, si dolores insuper habeat perseverantes, considerati scilicet sunt hi dolores, an sint circa spinæ musculos. & quia spinæ musculi intrinseci esse possunt, atq; extrinseci, propterea si in extrinseca parte sint, circa illam fient abscessus: si uero circa loca intrinseca doleat, in eisdem intrinsecis locis futuros abscessus expectato. nam ubi dolor est, ibi collecta est materia, & ob perseverantem dolorem noua materia illuc currens coadunatur, quæ partes illas extendens abscessus facit, ibique materia perseverante necessario putrescit, & abscessus ad exituram uenit.

Οκόπιοι δὲ νεφειπηγοις ἔστι, idest, Quibuscumq; autem morbo renali laborantibus, ] longo scilicet & cognito.

Τὰ πθερηγίνα συμβάνει σημεῖα, idest, Prædicta accidunt signa. Scilicet in praecedentibus aphorismis scripta, Oribasius intelligit dicta solū in praecedenti aphorismo, scilicet si sit crassum, & multū sedimen. nā ipse ita legebat, quod dicitur pingue ab Hippocrate.

Πονοι τῷ πόνῳ μέντος φαχιάσις γίνονται, idest, Doloresq; circa spinæ musculos fiunt. ] Qui dolores perseverent.

Ην μὲν πόνοι τῶν ἐξω τόπων γίνονται, καὶ τὰ ἀρσηνικά περιστέχειν θύμων, idest, Siquidem circa loca exteriora fiunt, abscessus quoque exterius futuros expecta. ] Id est, in musculis extrinsecis, de quibus in libro De usupartium abunde scripsit Galenus.

Ην δὲ μᾶλλον οἱ πόνοι πόνοι τῶν εστω τόπων γίνονται, καὶ τὰ ἀρσηνικά περιστέχειν θύμων, idest, Si uero dolores magis circa loca interiora fiunt, etiam abscessus interius expecta. ] In intrinsecis inquit musculis, uel in ipsis renibus. De Oribasio plurimū mirari oportet, qui dicit si dolores sint in exteriori parte, abscessus expectādus sit in interiori parte. uerba eius hæc sunt: si signa illa fuerint, hoc est, crassum & multū sedime, & dolores fiunt circa spinæ musculos, idq; loco exteriori, expectato abscessum parte interiori. quatuor enim sunt musculi, quorum nomina in Aggressibus anatomicis habentur, duo uidelicet qui per spinam descendunt, & corpus dirigunt. Duo item qui intus ad inguina ueniunt, qui mulieris uuluum continent, & ossa illa que in parti dilatantur, unde graues patiuntur dolores. Duo illi qui per spinam ueniunt, à renibus descendunt, & ob hoc dicit si fuerit nephritica affectio, & dolor, horum muscularū abscessum faciunt ex ipso humore in parte interiori. forte Oribas. ita dicit, quia in suo Hippocratis aphorismo hoc legebatur: quibus nephriticis prædicta signa eueniunt, dolores autem acuti circa musculos spinæ fiunt, abscessus magis expecta in interiori parte. Nos autem in nullo græco codice lectionem istam inuenimus, & Galenus fidus Hippocratis interpres hoc modo non legit, nec etiam Philotheus. unde habuerit codicem illum Oribasius, nescimus. nam oppositam habet Hippocrati sententiam. Philotheus uero aphorismi expositionem ita exorditur, νεφειπηγοις πόλεισι τὸ χρντος φλεγμονι, πέμφαξιν ήτι σῶν νεφρών. εἰν δὲ τοις νεφειπηγοις πόλεισι, καὶ τὰ πθερηγίνα σημεῖα πολλάκις συμβάνου, τοτέσι, πέροι λεπτού καὶ οὐδετέρων, τοτέσι τοῦ πάντοτε πομφολυγάστης, γίνονται δὲ πόνοι πόνοι μέντος φαχιάσις. Εἰ δὲ νεφροῖς ὑλης πόνοι μετατετασι, εἰ μὲν πόνοι μέντος φαχιάσις μῆν πόνοι γίνονται καὶ απότημα ἐξω περιστέχειν. idest, Renum morbo correptos uocat inflamationem

mationem uel obstructionem in renibus habentes: si igitur dispositio nephritica adsit, & prædicta signa saxe contingent, hoc est uel urina tenuis & aquosa, iijdem hypotheses bullis plenæ, fiant autem dolores circa spinales musculos, mutatio materiae in renibus ad ipsos fit: si quidem circa spinales musculos extrinsecos, dolores fiant, & abscessus extra accipi oportet.

## G A L E N V S

**I**N P R I O R I B V S quidem aphorismis signa docuit per quæ renum uitia possemus dignoscere, in hoc uero de his docet quos longo tempore scitur morbo renali labore, inquiens in ipsis futurum abscessum dolore cum signis prædictis antea ueniente, hoc est circa musculos, quos & spinæ musculos, & spinales medici nominant. Duplex autem est horum musculi unum genus, unum quidem retro sub cute, totam spinnam utrinque complectens, alterum uero in partibus anterioribus, non per totam spinnam extensem, sed solum per partes ad lumbos attinentes. In utris autem horum se firmauerit dolor, illuc quoq; abscessum futurum expecta. Nunquid uero renibus ipsis suppuratis, aut solis musculis, aut aliquando utriscq; nondum præfiniuit. Experientia uero hæc omnia fieri ostendit, nam & musculi soli nonnunquam hoc patiuntur, interiores scilicet & anteriores, uel posteriores & exteriores, & sine musculis renes, nonnunquam introrsum, nonnunquam extrorsum uergente in ipsis abscessu.

## B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet, in præcedentibus aphorismis signa illa posita esse, per quæ renum uitia cognosci possunt. Nunc uero de his agit, quos scimus iam longo tempore renalem morbum pati, dicens: si dolor cum prædictis signis ante uenerit in musculis spinæ, in illis futurus est abscessus.

Quod legitur, Inquiens in ipsis futurum abscessum labore, hoc est dolore, cum signis prædictis antea ueniente. Græce habetur πόνος τετέσιψ ἀλγηματθ. idest, labore, hoc est dolore. Deinde quod legitur hoc est circa musculos, illa particula, hoc est, uacuum in græcis codicibus non ponitur, puto à Chalcographo fuisse transpositam.

**S E C U N D O** docet, Musculorum spinalium duplex esse genus, unum est retro sub cute, totam spinnam utrinque complectens, & hic musculus non est multum crassus, sed bene latu. Alterum uero genus in partibus anterioribus, tamē non est extensem per totam spinnam, sed solum extenditur per partes ad lumbos attinentes. In quo cunq; horum musculorum se firmauerit dolor, in eo futurum esse abscessum iudicato.

**T E R T I O** uidetur ferre dubitare, cum ab Hippocrate præfinitum non sit, in quo loco debeat fieri abscessus ex his in quibus adeat dolor: propterea dubitare possemus, an in renibus solum suppuratis, an in solis musculis, an in utriscq; fiant. Respondetq; experientiam ostendere, hæc omnia fieri posse: nam quandoq; musculi soli hoc patiuntur, interiores scilicet & anteriores, uel posteriores & exteriores, & quandoque id patiuntur renes sine musculis, & hoc quandoque introrsum, quandoque extrorsum in ipsis abscessu uergente.

**Q**vicunq; euomit sanguinem, si sine febre quidem, salutare: si uero cum febre, malum. Curare uero acerbis, & refrigerantibus.

## B R A S A V O L V S.

**A L I A S** ab Hippocrate simpliciter dictum est, sanguinem undequaq; manantem malum esse. hic uero dicit, sanguinem per uomitum eiectum, si sine febre sit, bonum esse. tu uero ne simpliciter intelligas esse bonum, sed simpliciter malum est. Nam ut Celsus docet libro quarto capite quarto, ubi de tuffi agit, Authores medici sunt, qui nunquam exire sanguinem fatentur, nisi uel exesa parte aliqua, uel rupta, uel ore alicuius uene patefacto: primam διάβρωση, secundum φυγοχρομον, tertiam ὀνειδίωση appellant. At quando quis sanguinem euomit, necessarium est ob aliquid horum trium fieri, id uero semper

simplíciter est malum. Sed ob hoc bonum esse potest, quia corpus emundari significat, & à sanguinis multitudine liberari, & forte ab inflammatione, quae fieret. Vnde Celsus eodē loco prosequitur, Ultima minime nocet, prima grauiſſime; scilicet prīmus modus exitus sanguinis enumeratus grauiſſime nocet, secūdus & tertius minime. Intellige uero minime, idest facile posse prouideri, hic ergo ab Hippocrate dicit, qui sanguinē euomunt, si sine febre quidem sit, salutare est, idest facile curari potest, si procererit; si non procererit, nihil agere oportet. At si cum febre sit, malum est, nam abſceſſum præfuisse significatur, qui ante maturationem disruptus sit, propterea curatione indiget, que per res aceras fieri debet atq; refrigerantes, quales sunt omnes acerba res. Celsus præcato loco quandoq; exire sanguinem ex humano corpore bene iudicat, modo sine febre sit, nam dicit neq; ignorare oportet eos quibus flueret sanguis solet, aut quibus spina dolet, coxa r̄ue, aut post cursum uehementē, uel ambulationem (dum febris absit) non esse inutile sanguinis mediocre profluuiū, idq; per urinam redditū, ipsam quoq; lassitudinem soluere. Paulo post de uomitu addit, de quo in aphorismo agitur, inquiens: neq; uomitum huīus affere periculum etiā cum repetit, si ita confirmare & implere corpus licuit, & ex toto nullū nocere quī in corpore robusto, neq; nīmīus est, neq; tussim aut calorem mouet. Philotheus sic dicit, οὐαὶ παρηγέτες ἡτοῖς ἐτοι τὸ ἀμφετον τὸν κάρωσιν ἀπὸ τῶν θετηκόντων γνωρίσθω. idest, Nunc Hippocrates supponit sanguinis euacuationem à partibus altricibus, seu nutritiuis factam.

Οὐαὶ παρηγέτες καὶ εὔστοι. idest, Quicunq; euomunt sanguinem. ] Intellige sine magna uiuentia, sed quia sponte profluat. Aliqui intelligunt sanguinem etiam euomi, qui uenit ab aspera arteria, atq; pulmone, quod ex ipso Hippocrate in quinto Epidemiorū libro conſirmari potest, ubi calum ponit cuiusdam uirginis in Larissa, que cum sanguinis nō multum uomisset, purulenta facta est, Apparet autem sanguinem in pectore esse debuisse, si purulenta effecta fuit. Sed Galenus illos reprehendit qui ita hīc per uomitum intelligunt, quia haec passio non est salubris, idest curari facile potest, quando non febricitauit. immo Galeno uidetur difficultima curatio, & ita re uera est.

Ην μὲν ἀντὶ πυρετοῦ, αὐτήν τοι. idest, Si sine febre quidem salutare. ] Hoc est facile adhibetur remedium, si opus sit, uel etiam confert, quia corpus mole hac sanguinis exoneratur, modo ut dicit Philotheus, sit πλλω μετριού. idest, secundum mediocritatem. ex hoc uero salutare est ut idem Philotheus dicit, quoniam οὐλοὶ φλεγμονών, οὐγράναφορέται τὸ ἀμφα, ἀλλὰ μόνον ἀναστομωσην. idest, inflammationē ostendit, unde sanguis subleuat, sed solum oris aliquiūs uenae apertione.

Ην δὲ σὺν πυρετῷ, κακού. idest, Sin autem cum febre, malum. ] Philotheus in suo contextu legit δὲ οὐαὶ παρηγέτες καὶ εὔστοι. idest, si autem cum febre, ualde pernicioſum, & exponit quid intelligat per κάρωσιν τοντού, hoc est ualde, nam cum febris adseruerit, inflammatione necellario adeſt, quaē difficultima curatu est. unde & Philotheus οὐλοὶ φλεγμονών ἔχει τὸ ἀμφα αναφέρεται σὺν αὐτέρωσι. idest, ostendit enim inflammationē esse è partibus è quibus sanguis per exēſionem attollitur. & facta est exēſio ante maturationem.

Οὐαὶ παρηγέτες δὲ τοῖς εὐπληκτοῖς, καὶ τοῖς ψυχλεῖσι, idest, Curare autem stypticis, & frigidis. ] Aliqui hoc referūt ad sanguinis uomitum cum febre, quod stypticis & frigidis curari debeat. sed Galenus intelligere uidetur, quod is uomitus, qui cum febre est, in qua si inflammatione, non solum non curetur, immo & exaugeatur inflammatione, ideo hēc curatio ad uomitū sine inflammatione referenda erit. Idem uidetur sentire Philotheus inquisiens, ἔτη καὶ θραπεῖαν φύλλα τίλαι παραδίλωσην. λέγει γαὶ ὅτι θραπεῖα δὲ τοῖς σύφρονι καὶ ψυχσιν, πλλω τὸ πάσον διεμορφαγίας, ἀλλὰ δὲ διὰ αναστομωσην γνωρίσθω, τάντω γάρ τὸ σύφροντα, καὶ τὰ ψυχεῖα θραπεύσθωσι, ἀσ αναστολῶ πεισθεῖται. idest, Deinde & curationem in fine præbet. dicit enim curatio autem obſtringentibus, & refrigerantibus. ueruntamen non omne profluuium sanguinis, sed illud quod per oris uenae apertione factum est, curatur. hoc enim frigida & styptica curant, tanquam repressionem facientia.

Aliqui codices non legunt copulatiue stypticis & frigidis, sed disiunctiue. Theodus, & Leonicenus interpretantur hanc particulam εὐπληκτοῖς, idest acerbis, idq; uerū est acerba esse styptica, tamen multa sunt styptica, que non sunt acerba, nam acerbus sapor is potius

is potius est qui in re immatura est, ut in fructibus. immo Galenus tertio De medicamentis secundum loca libro, differentiam inter repellentia ponere uolens, inquit, repelunt austera & acerba, quæ communis uoce styptica dicuntur, discutunt calida & secca. ut hinc facile colligi possit, austera etiam esse styptica, propterea non esse conteniens interpretari acerba, de quibus diffuse Galenus agit libro quarto De simplicium medicamentorum facultatibus, capitibus sexto & septimo. Nos igitur greci uocabulo potius uteremus, & diceremus, stypticis, & frigidis, quamvis styptica omnia sint frigida, ut Galenus in eisdem locis docet. Si uero petas in quo corporis loco oris tenuæ apertio esse possit, quando sanguis euomitur, Respondemus, posse esse in iecore, in uentriculo, in Liene, unde & Hippo, in lib. De foeminarum natura, de uomitu sanguinis in muliere post partum agens dicit: si foemina post partum sanguen uomat, laesa est iocinoris fistula, dolorq; uexat intestina, corq; uellicat, & conuelliit. hanc multa calida lauato, calidaq; fomenta, quæ potissimum admittet, apponito, lacq; aluminum quinq; dies potato, deinde lac traccæ nigrae iejuna quadraginta dies potato, uesperi autem sesamum tritum bibito: hic uero morbus periculosus est, tamen non dicit Hippocrates quod sit cum febre. Intellige uero per iocineris fistulam uiam illam quæ ad uentriculum tendit, nisi per grandem uenam intellige uolueris. Idem Hippocrates in eodem libro deinceps eisdem uerbis uititur, inquiens: si uero sanguinem post partum uomat, fistula iocinoris fauia est, debilitant intestina, cor uellicatur. hanc multa calida lauato, quæ calefacientia suscipiet, apposito. Lac aluminum quinq; uel septem dies potato, deinde lac nigrae uaccae (si potis est) quadraginta dies iejuna potato, sesamum uero tritum uesperi propinato. Nam hic morbus periculosus est. Vides eadem præcise esse uerba, quæ superius citata sunt, sed quod mirum est, deinceps etiam tertio eadem repetit, breuius tamen, inquiens: si post partum sanguinem uomat, huius iocinoris fistula lesa est. Quare lac aluminum iejuna potato, postea bubulum quadraginta dies (si facile possit) sesamumq; tritum, donec bene habeat, haec uero sunt in puerperis.

Nos Magnificum & illustrem Iulium Boiardum Scandiani comitem curauimus, qui cum uehementissima febre bis terq; in die sanguinem copiosissime euomebat, tamen egregie eualit.

## G A L E N V S

**V**O M I T V S quidem fit è gula, & uentriculo, cum tussi autem expuitur ex aspera arteria, atq; pulmone relata. Quidam uero huius libri expositores aiunt sub uerbo euomunt comprehensos esse, & illos qui ex aspera arteria atq; pulmone sanguinem educunt. Atqui salubrem esse hanc passionem, hoc est curari posse, quando ægrinon febricitauerint, haud quaquam uerum. Si enim uel quam maximè absq; febre ex pulmone cum tussi sanguinem emiserit, periculum imminent, ne curatio fiat, & si perdurauerit casus, omnino postea febres succedunt. Ob hoc igitur melius est, ut audiamus uerbum, euomunt, ist proprio accipi significato. Considerare autem, atq; distinguere, & quod periculou uacat in ipso, & quod est cum periculo ex febris praesentia, uel absentia: nam qui febre uacant, siquaque nullam adesse inflammatione in loco unde emititur sanguis. Quare uel aliquius uasis ore adaperio fit sanguinis uomitus, uel cum ulcere quidem, sed sine inflammatione. Curantur autem quæ sunt abque inflammatione ulcera facile acerbis. Quæcumque uero cum inflammatione sunt, ac febribus ne dum curari possint, neque in eadem possunt magnitudine permanere, semper enim maiora fiunt, ac maligniora.

## B R A S A V O L V S

**P**RIMO Galenus docet, uomitum fieri *ἐκ σουάχειας γένος*. idest, à gula, & uentriculo, intellige immediate: nam & à iecore & liene in uentriculu regurgitantibus fit uomitus, sed illa quæ ex aspera arteria atq; pulmone referuntur, cum tussi expuuntur. hic etiam immediate intellige, quia omnia quæ à pectore ueniunt, cum tussi exeunt.

Quod legitur, expuitur. In plurali legi debet expuuntur.

**S**ECUNDO expositores quosdam refert, qui sub hoc uerbo, uomunt, illos etiam intelligunt, qui ex aspera arteria atq; pulmone sanguinem educunt.

**TERTIO** hos reprehendit Galenus, quia hæc passio, quando æ gri non febricitant, haud facile curatur, nam si ex pulmone sanguis emittatur, etiam sine febre, periculum imminet ne curatio fiat. immo si hic casus perdurabit, febrem necessario incidet.

**QVARTO** docet, Verbum euomunt intelligendum esse in proprio significato. nam febris præsentia, atq; absentia docet qui in ipso periculo sit, nam qui febre carent, certum est, quod habent inflammationem in loco unde emittitur sanguis: propterea opus est uel fieri hunc uomitorium aliquid uasis ore adaperto, uel cum aliquo quidem ulcere, sed absq; inflammatione.

Vbi legitur, Nam qui febre uacant, addi debet particula, his, hoc modo: nam his qui febre uacant, græce enim legitur τοις μὲν χαλκηδονίοις.

**QVINTO** docet, VI cera qua sunt absq; inflammatione, acerbis facile curari posse, sed qæcum inflammatione sunt & febribus, non solum curari non possunt, immo nec in eadem magnitudine permanent, quoniam semper & maiora & maligniora fiunt. Ex hoc tamen ne putes Galenum horum curationem euitare, immo & suscipi debet, & curantur, ut in magnifico Iulio Boiardo uisum est.

Quod legitur, acerbis, græce est τοις συπτηκοῖς, nos potius interpretandum ducimus stypticis. Leonicenus in libro eius manu scripto, qui apud nos est, deleuit hanc particulam acerbis, & eius loco scripsit densantibus. nobis uero magis placet græco nomine uti, scilicet stypticis.

Quod etiæ legitur, nedum curari possint, neq; in eadem possunt magnitudine permanere, græce est, μὴ ὅπερα πάσαις τυχεῖν, ἀλλ' εἰπεὶ τὸν θύμοντα διαμενεῖν μεγέθεος. idest, nedum ut curari possint, sed neq; in eadem possunt magnitudine permanere.

## APHORISMVS XXXVIII

**D**Estillationes in uentre superiore suppurrantur intra uiginti dies.

## BRASAVOLVS.

**HVMANVM** corpus in tres uentres diuisum esse constat, in superiore, qui est caput, in quo animalia membra continentur, in medium, qui est pectus, in quo membra uit alia insunt, in inferiorem qui naturalia membra capit. In hoc loco Hippocrates de capite nullam mentionem faciens, uocat superiorem uentrem thoracem, in quem destillationes à capite fluentes colliguntur. hæ uero destillationes intra uiginti dies suppurrantur, idest cum in pectori collectæ sunt, uigesimum diem non transeunt, quod suppuratae sunt. nam ob loci caliditatem, & si sint frigidæ materiæ, tamen non transeunt uigesimum diem, postquam sunt collectæ. Si uero quandoq; transeant, id rarissime contingit, & in aliquo casu, in quo materia frigidissima sit crassissima, & mire glutinosa atq; multa, tamen non multum pertransit uigesimum diem. nempe quadragesimum non attingit. At si materia calidior fuerit, id citius fit, propterea bene dicit, intra uiginti dies; nam in hoc spatio fit, hoc est aliquo die à uigesimo contento, ut decimoquarto uel decimo septimo.

μετάξεων. idest, destillationes.] Destillatio autem est commune uocabulum materiæ defluentis ad nares, quod leue est; ad fauces, quod peius est; ad pulmonem, quod pessimum est, ut notat Celsus capite secundo libri quarti, hic de illa loquitur, quæ & in pulmone, & in thoracis cavitatibus continetur, unde dicit,

Ἐτῶν δὲ τοις κοιλότυπας τῷ θώρακι, ἢ παρὰ αὐτὸν τὸν πνεύμονα γινομένων. κοιλιαν δὲ τῶν διων, θώρακα, προθέλλουν πρὸς τῶν κοιλιῶν, idest, Destillationem dicit materiæ confluxum, & quæ in aspera arteria, uel in thoracis cavitate, uel ad ipsum pulmonem factum. uentre autem superiore, thoracem dicit, ad aliuum comparans.

Ἐκπυστα τὸν κύματον τοῦ πνεύματος, idest, In uiginti diebus suppurratur.] Terminū assignare uidetur

uidetur. Atqui citius quandoq; fit, propterea Theodorus & Leonicenus interpretati sunt, Intra uiginti dies uigesimus autem dies medius est quidam terminus inter simpli- citer acutos, & inter principium diu turnorum morborum. Philotheus dicit, in uiginti diebus suppurrari ρυματον, idest, quod longissimum est, & huius causa est, inquit, οτι τὸ πόθεν τοι εμφύτευθεν γάρ ὅτι τῷ σύδην ἐπιστέγεται τετάρτη ἐκπνίσκεται. το το. Εγινεται πρὸς τὸν διάβασιν τὸν πόθεν τοι εμφύτευθεν γάρ ὅτι τῷ σύδην ἐπιστέγεται τετάρτη ἐκπνίσκεται. το το. Ob innati caloris abundantiam, contingit enim quod & octauo uel decimoquarto sup- puratur. hoc autem fit secundum potentiam suppositi corporis, & secundum subie- ctam materiam.

## G A L E N V S .

**V**ENTRE M superiore nunc nominat, qui à thorace præfinitur, quē pulmo ob- tinet, atq; ideo à capite distillatio fertur per asperam arteriam. Suppuratur aut̄ ma- gna ex parte in uiginti diebus, & non ut multi scribunt in uigintiduobus. Semper enim Hippocrates diem uigesimum iudicatorum facit non uigesimum secundum, quemad- modum in libris de diebus iudicatorijs ostendit.

## B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet quid per superiorum uētrem Hippocrates intelligat, nem̄ p̄ eum intelligit qui à thorace præfinitur, in quo est pulmo; ad hunc uentrem destillatio a capite per asperam arteriam descendit.

**S E C U N D O** docet, huius destillantis materiæ suppurationem ut plurimum in uiginti diebus fieri, & non in uigintium, ut plures dicunt, nam Hippocrates diem uigesimum semper iudicatorium facit, & non uigesimum primum, ut in libro De diebus iudicatorijs ostendit.

Quod legitur, Suppuratur autem magna ex parte in uiginti diebus, & non, ut multi scribunt, in uigintiduobus. semper enim Hippocrates diem uigesimum iudicatorum fa- cit, & non uigesimum secundum. In prima nostrâ antiqui codicis lectione, ita præcise scri- ptum est de uigintiduobus diebus εἴησαν δένοι. In Aldino autem codice, & in secunda no- strâ antiqui lectione scriptū est ἐκπνίσκεται δέ το πλεῖστην γάρ οὐ μόνον εἴησι, καὶ δέ οἱ πλεῖ- στοι γέγραπτοι, οὐδέποτε. καὶ. οὐπατῶς γάρ ὁ ἐπιπλέκτης τῶν η μόνων κείσιμος, & τῶν οὐ. οἰστη, idest, suppuratur autem magna ex parte in uiginti diebus, & non ut plurimi scri- bunt, in uno & uiginti. Semper enim Hippocrates uigesimum diem iudicatorum facit & non uigesimum primum. Et hoc magis conuenit, quia nullus antiquus uigesimum secundum diem iudicatorum facit, sed bene uigesimum primum. ut ergo ad illos allu- dat, potius legendum est uigesimum primum, quam uigesimum secundum.

**S**I quis sanguinem minxerit, & grumos, & stillicidio ruinæ labore, & dolor in- sciderit in femur, & imum uentrem, pectinemq; quæ circa uescicam, male se ha- bere significatur.

## B R A S A V O L V S

**H V N C** aphorismum libro quarto aphorismo octuagesimo ubertim exposuimus. In hoc aut̄ & in illo quædā uidetur differentia, quia ille disiunctim legebat, quæ hic cōiun- etiam scripta sunt. Si quis sanguinem minxerit, & globos uel sanguineos, uel pituitos etiam, & stillicidio ruinæ labore, & dolorem habeat in ea parte quæ est inter anum & testes, & in imum uentrem atq; pectinē, ex his iudica illa quæ circa uescicā sunt male se habere. In Aphorismo autem quarti libri legitur circa uescicā labor est. Philotheus hunc aphorismum non habuit, & de eo nullam mentionem facit.

ηγ διπλανα, καὶ θρόμβος, idest. Si quis sanguinem minxerit, & grumos.] uel intellige sanguinem liquidum & compactum in grumos, uel grumos etiam pituitos. hoc fieri non potest, nisi uel alicuius uenæ ore adaptato, uel exesa uena, uel fracta, & hoc potest tam a partibus superioribus, hoc est iccore, & toto corpore, quam inferioribus prodire,

sed additis alijs conditionibus quæ enumerantur, partes inferiores esse cognoscitur,  
καὶ σπαχτεῖται οὐχ. idest, & stillicidio urinæ labore. ] ob grumos impedientes.

Καὶ οὐλωγία μετέπομπη εἰς τὸ πρώτανον, καὶ τὸ νεύρον πρώτην. idest, & dolor incidat in partem quæ est inter anum & testes, & in imum uentre. ] unum ex his est in parte anteriori, aliud in parte posteriori. Leonicenus interpretatur πελεννα, idest, femur, quod an recte faciat, tu ipse considera. nos scimus πελενναν partem illam esse quæ inter anum & testes interierat.

Καὶ τόη κτήνα, idest, & pectinem. ] ut scilicet hic dolor pectinem uexet.

Τὰ πόδια τῶν κύνων νοσεῖαν σημαίνει. idest, Quæ circa uelutam, male se habere significatur. ] Intellige uero & ipsam uelutam, & penem, & circum uicinas partes, ut in quarto libro in huius propositi aphorismo edocuimus.

## GALENVS

**I**N OMNIBVS ferè exemplaribus hic aphorismus scriptus est. Eximere autem oportet propter alterum qui prius est dictus, quem nos exposuimus in quarto horum commentariorum per hæc uerba scriptum. Si sanguinem mingat, ac grumos, & urine stillicidio labore, & dolor inciderit in imum uentre, & pectinem, quæ sunt circa uelutam male se habent. In proposito autem aphorismo est ultima scriptura duplex, una quæ ante scripta fuit, altera talis. Uelutam male se habere significatur.

## BRASAVOLVS

**P**RIMO Galenus docet, hunc aphorismum esse ab hoc loco eximendum, quia in omnibus exemplaribus ferè scriptus sit, & causa cur eximi debet est, quia in quarto libro expositus est.

Vbi legitur, eximere autem oportet, addi debet particula eum. nam Græce habetur ποδελαίη δὲ αὐτῷ χρή, idest, eximere autem oportet eum.

**S**E C V N D O dicit, ultimam huius aphorismi partem habere duplarem scripturam, quam dicebat referens octuagesimum aphorismum quarti libri, scilicet Quæ sunt circa uelutam male se habent: alia uero talis est, uelutam male se habere significatur.

## APHORISMVS XL

**S**i lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis stupore elanguit, tale est melancholicum.

## BRASAVOLVS

**S**i quis nunc usum loquendi habeat, & promptam linguam ad hoc opus, tamen repente uel impediatur, uel hic usus remouetur, uel aliqua nostræ corporis pars apoplectica fiat, idest, stupida, hunc uirum melancholicum esse iudicare debemus, nam hec ab humore melancholico fieri nihil impedit.

ἴη γλωσσα δέ αἴφνης γένεται, idest, Si lingua repente incontinens fiat. ] & adeo intemperata ut non possit uel integræ uocem dearticulare, uel immobilis sit, uel omnino resoluta: & hoc repente fiat, & absq; temporis interuallo, quod indies fieri uidemus in potatoribus. unde Aristoteles in tertio Problematis libro problemate uigefismonono dubitat cur uinolentorum lingua obserret. Respondet, utrum quemadmodum corpus totum in uinolentia titubat, ita etiam lingua labens oberrat, nec explanare potest. An quoniam caro lingua mollis & instar spongæ est, ampliatur madescens atque extollitur, itaq; ob molem retardior fit, exprimereq; sincere non ualeat. An quod ut in aqua ob aeris absentiam loqui non possumus, ita neque cum nimium in os humorem indidimus. Igitur quod uinolentorum lingua in nimio humore se uoluit, siccirco exprimere sincere non potest. An animus quoque uinolentorum compatiens errat. At si animus ita affectus est, linguam etiam pariter affici consentaneum est; inde enim omne loquendi initium ducitur, quo fit ut etiam sine uinolentia quenquam hausit affectum, lingua etiam sentiat, atque compatiatur, ut in metuentibus patet. fit ergo incontinens lingua, & ebrijs, & ijs qui irascuntur, & habent affectus aliquos in anima, & propter humorum

rem atrabiliarium impletum neruos linguam mouentes, & propter pituitosum idem agentem. Philotheus uero hic dicit, πολλακις ἐμφρεσις γίνεται ποδι τὰς ἀκράφυσις τῶν νεύων, ποδι τὰς φρονθίας πρὸ τὸς μῆνας τῆς γλώσσης, οὐδὲ μηκέτε διωάμενος ὑδάχωρημάντος ποικιλοτιμητός οὐδὲ ἄκινητος οὐδὲ γλωσσή γίνεται, λίγης απεραπτογλώσσαι διπτοκράτης λέγεται. οὐδὲ δέ εἰς ἐμφρεσιν γίνεται, διότι δηλούμενος εἰς αἴφρην, διότι διηρότης διαίφρης οὐκ ηγούμενος διωάται ποιηται τὴν γλώσσαν. λοιπόν οὐδὲ, οὐδὲ εργάται, ἐμφρεσις εἰς τὴν παχυτάτην ψύσην, ιδεῖται. Σαρκίσθιτος στομάτων, ιδεῖται, uel aliqua corporis pars apoplectica sit.] uel (ut Leo nicenus dicit) stupore elagquit. nam Hippocrates membra paralyticum & dissolutionem patientia apoplectica dicere confuevit, ut quandoque apud ipsum crus apoplecticum scriptum inueniatur, pro eo quod est resolutum & paralyticum patiens. Tamen Celsus capite uigesimo septimo tertij libri dicit, quando sunt resoluta tota corpora, à ueteribus apoplexiā nuncupari: quando uero partes aliquae, paralyticum. At nos apud Hippocratem etiam inuenimus apoplexiā in parte dici. Hippocrates in præsentiarū per apoplexiā, alicuius partis corporis dissolutionem, & si dicere mauis stuporem intelligit.

μελαγχολικός οὐ τοιστοι. ιδεῖται, Tale est melancholicum. ] Galeno uidetur hoc absurdum esse: quomodo aliqua corporis resolutio repente facta, uel lingua incontinens, hunc esse melancholicum significant. nam re uera & hac à pituita fieri possunt. Philotheus exponit, quid intelligendum sit per ἀπόπλυτον, τοτέσιν ἀκίνητον καὶ αὐδιδητον. μελαγχολικός οὐ τοιστοι, ἀντι το μελαγχολικός χνιδος ἐμφρέσοντος γίνεται, ιδεῖται, Apoplecticum, hoc est immobile & insensibile, tale melancholicum, pro eo quod à melancolico humore obstruente fit. Sed quomodo lingua incontinē significare possit aliquem esse melancholicum, non uidetur ratio Galeno necessaria; & re uera non est, nisi intelligamus ut de ebrietate ab Aristotele dicitur, quam qui habent, lingua oberrant, ut qui frati sunt, & qui aliquam habent animi affectionē, cum repente lingua fiat incontinens, ιδεῖται ob aliquam animi affectionem quae est melancholica. Dubitat idem Aristoteles de cima Problematis particula, problemate sexagesimotertio, Quid est quod linguam faciat hæsitare? Respondet utrum calor efficiat ut procaciores sint, itaque offendendo aberret, quasi insalubris, quomodo iratos homines nouimus: incenduntur enim, incitantur, anhelitant, spiritu redundant. Igitur pra nimio caloris furore; anhelant autem, quoniā frequens spiritus est, nec anticipat, quatenus se tempore respirandi promere possit. An potus contra, ut loci quo uocem mittimus refrigeratio caufam det, tanquam membrum id attonitum obstupecat, itaque afficiatur, ut uel concatescīt à uino, aut perpetua oratione uerba expeditius possint copulare. Sed quod ex Aristotele sumi potest, ιδεῖται, quod nona Problematis particula problemate trigesimali auo querens quā ob causam qui lingua hæsitat, melan cholico habitu cōstant. Respondet, An quod propere sequi imaginationē non nisi esse melancholicum est. hæsitationes autem illi tales prouidubio sunt. impetus nanc̄ dicens præruit, anteceditē facultatē eorum, utpote cum animus uisa sequatur. Balbis etiā idem accidit. hos etenim oēs membra uoci accōmodata tardiora habere certum est. Indicium uero quod tales uinolenti redduntur, cū suā maxime imaginationes, non rationes sequuntur. Nos hoc modo linguae incontinē intelligere possemus, itaq̄ significare hunc esse melancholicū. Quod uero linguae hæsitationis talis fiat, Hippocrates in fine libri Depræceptis docet, inquiens, Lingue uero non clara dissertatio, hæsitationis morbo uel propter aures fit, quod priusquam prima enuntiet, secunda, & alia superinīscit, uel antequā quod mente uoluebat, dicat, mēte alia uoluit. Quod cū dicitur peritis artis, cōsiderandum est morbo necne fiat. forte in hoc sensu intelligere possemus, linguam esse continentem, & ita melan cholīa significare, uel dicamus, quod id quandoq; significat, & non semper. Idem de alicuius membris resolutione quādōq; significat Melancholiā, quia talis resolutio ex melan cholico etiam

etiam humore fieri potest, ut in commentatio. *Quentis aphorismi docebit Galenus.*  
G A L E N V S

**I**NCONTINENTEM quidem nominat linguam quæ infirma est, ita ut non possit integræ dearticulare uocem, aut immobilem, & omnino resolutam. Stupore autem elanguens aliquid corporis quod resolutum est. Cur uero hæc repente facta, dicat esse melancholica ignoro. Melancholia enim in cuius nomine omnes Græci cōsentient, recte ab ipso talia indicia sunt dicta,

## B R A S A V O L V S

**P**RIMO Galenus docet, Hippocratem hic nominare linguam ἀκρατη, idest, incontinentem illam quæ uel non possit integræ dearticulare, uel immobilem & omnino resolutam.

Commentationis principium, quod habet. Incontinentem quidem nominat linguam quæ infirma est, legi debet, quæ aut infirma est, & hæc particula. Aut pro continuo necessaria est. In Græco præterea adest particula οὐ, idest, aut.

**S**ECUNDО docet, ἀπόπλυνση, idest, Stupore elanguens aliquid corporis uocari, quod resolutum est.

**T**ERTIO dicit se ignorare cur hæc repente facta significant esse melancholicum. Nam ab ipso alias dicta sunt Melancholia indicia, quando Aphorismo uigesimalterio sexti libri dixit, Si timor, aut tristitia multum tempus habentia persistenter melancholicum tale est. Notaçq; in nostro antiquo codice, sequentem aphorismum, & hunc pro uno haber. At si distinxerimus, opus est sequentem aphorismum in calce etiam sequentis commentationis subscrivere. Tamen si recte perpendas, aphorismus qui sequitur ponit non debet in ordine aphorismorum, sed solum à Galeno in sua commentatione in testimonium affertur. est uero aphorismus uigesimalterius sexti libri, postea Galenus suam commentationem sequitur, & docet quo Hippocrates saluari posuit, & debeat à dubitatione, quam fecerat. In Aldino etiam codice cōtinuatus est, & Philotheus in sua commentatione sequentem aphorismum non habet, quod indicum est non esse hic ab Hippocrate positum, & in illis codicibus, in quibus non sunt Galeni commentaria, aphorismus ille non adest. Tamen quia ita consuetum est ipsum legere, nos tanquam distinctum legamus, huic tamen coniungentes.

## A P H O R I S M U S X L I

**S**i timor, atq; mœstitia longo tempore hominem habentes perseverauerint, tamen est melancholicum.

## B R A S A V O L V S

**H**IC aphorismus in hoc ordine ab Hippocrate non ponitur, sed à Galeno in medio sua commentationis pro expositione præcedentis resertur. At nonnulli commentatorem partites ex uno duo fecere, & duos aphorismos. hunc uero aphorismum expōnere minime opus est, quia ipsum superius aphorismo uigesimalterio sexti libri ubertim exposuimus: eius enim sensus est, Cum timor atq; mœstitia in homine longo tempore perseverauerint, cum sint symptomata melancholici humoris, hunc iudica esse melancholicum.

Ἄνθρωπος δὲ μεθυμήτη πλάκα χρόνον ἔχεστε σφετερή, μελαγχολικόν τούτον. Si timor atque mœstitia longo tempore habentes perseverauerint, tale est melæcholicum. ] de quo aphorismo, in Sexto diffusissime egimus. Celsus capite septimo secundi libri hunc aphorismum ita resert. At si longa tristitia cum longo timore & uigilia est, atque bilis morbus subest.

## G A L E N V S.

**A**LITER autem & melancholicas dicemus esse passiones, Cancros, Elephates, adhuc autem Scabies, & Lepras, & Vitiliges nigras. Sed neq; ullā aliquam razium

lum passionum, neq; illam quæ ab omnibus nominatur melancholia, linguae incontinētia uidetur antecedere, sicuti neq; alicuius partis stupor. Quare superets ut dicamus, quod quemadmodū quartani circuitus causa est humor melancholicus, sic & dictarum passionū, & lingue int̄erparātēti, & partis resolutionis. Et fieri potest quod propter humoris crassitudinem tales passiones consequantur, quales ex crassa, & lenta eueniunt pituita. Non igitur dicemus simpliciter utruncq; dictorum esse melancholicum, sicuti neque pituitosum simpliciter, sed pituitosum simul, & melancholicum. Additum autem est sermoni aduerbiū, repente, propter mala quæ paulatim sunt, sicuti ex inflammatione duritiem admittente, & int̄emperatura difficulter solubili.

## B R A S A V O L V S

H A C cōmentationis pars ad praecedentem partem talem habet continuationem: dīcebāt prius, se non uidere quomodo incontinentia lingua, & resoluta pars, humorē melan cholicū significarēt, nā alias Hippocrates in dīcia melancholiae in sexto libro edocuerat aphorismo uigesimali, ubi dicebat, Timor atq; moestitia perseverantia id significare. Tamen prater timorem & moestitiā aliæ sunt melancholiae passiones, ut cancer, elephas, scabies, lepra, nigra uitiligo, de quibus egimus in tertio libro, tamen nulla harum passionum, neq; illa quæ proprie, & peculiari nomine melancholia dicitur, habent prae se lingue incontinentiam, neq; alicuius partis ἔργησια, idest, secundum Leonicenum, stuporem, nos potius resolutionem diceremus.

S E C U N D O nō nō inuenire causam, si qua sit, inquiens. Sicuti humor melancholicus est causa quartani circuitus, eodem modo est causa dictarum passionū, sicuti intem peramenti lingua, & etiā resolutionis alicuius partis, unde sicuti hę passiones ex crassa & lenta pituita sunt, etiam ex humorū crassitudine fieri possunt. & ideo non dicemus utruncq; passionem esse melancholicam, sicuti etiam non dicemus utruncq; pituitosam, quia fiat à pituita, sed dicemus pituitosam simul & melancholicā: nō in hoc sensu quod simul sint eodem tempore pituitosa & melancholica, sed quod modo pituitosa, modo melancholica sit. immo & apoplexiā ex atra bile fieri sexto libro aphorismis quinqua gēlīmo sexto & quinquagēlīmo septimo edocuit.

Quod legitur, & lingue int̄emperaturā, Græce est ὥτι τὸ γλῶσσαν ἀκρατέας, idest, & lingue int̄emperamenti.

T E R T I O docet Galenus, additam esse illam particulā repente, propter mala, quæ paulatim sunt, sicuti inflammatio, quæ duritiem admittit, & sicuti est int̄emperatura difficulter solubilis.

Quod legitur, Sicuti & inflammatione duritiem admittente, Græce est ἵππη φλεγμονή σκηνηθῆναι.

Tu igitur ex te ipso cognoscere potes hanc commentationis partem praecedentiū iungendam esse, ut aphorismi expositio perficiatur.

**S**I senioribus supra modum purgatis singultus superuenierit, non bonum.

## B R A S A V O L V S

Q V I N T O Aphorismorum libro aphorismo quarto simpliciter in omni aetate, in omni temperatura, in omni conditione dicebat, ex superflua purgatione conuulsio, aut singultus superueniens, malum. At quanto peius erit, si hoc in ea aetate contingat, quæ ceteris imbecillior est, atq; magis defecta, propterea si singultus senioribus supravenerit, ex purgatione, quæ supra modū sit, nō est bonum, immo pessimum est, quia significatur ex siccitate factū esse, & uiriū imbecillitate. Est uero singultus ad conuulsionē pertinens, quā semper ex siccitate factā, suspectā habet Hippocrates. est ergo malū singultus seniori supravenerēs uehemēter purgato, Philotheo etiā dicēte: οὐ τῶν ἀκμαζόντων ηγετῶν τῶν ἀλικίων καὶ τοῖς πάρ. δηλοί γαρ συεπρογένετος πάντων καὶ τῶν γεροντῶν, ηγετῶν τῶν πατέρων καὶ τῶν πατέρων, idest, Et in uigore aetatis, & in alijs aetatibus constitutis

constitutis tale malum est: ostendit enim immodica mactatem: in senioribus autem ualde malum & propter uirium defectum.

*Ην παρηγερούμενον πεπεντρόω, idest, Si senioribus supra modum purgatis.] Intel lige uero per seniores tam primos, quam secundos. tamen in secundis peius est, quia imbecilliores sunt. At si uocabulum, quo utitur, consideremus, scilicet πεπεντρόω, ultimos senes significare uidebimus, ut ex Galeno colligi potest, ultimo aphorismo tertij libri, per purgationem uero supra modum factam, superfluam purgationem intellige, uel ratione symptomatis factam, uel ui medicamenti.*

*Λύγε υδρόπον τον αγαθόν, idest, Singultus superuenerit, non bonum.] Nam est ex inanitione singultus, qui apud Hippocratem semper suspectus est.*

## G A L E N V S

**C O M M U N I S** est hic sermo secundum utrumque: & quatenus omnibus supra modum purgatis non est bonus singultus: & quatenus senioribus omnia mala peiora fiunt propter aetatis imbecillitatem.

## B R A S A V O L V S

G A L E N V S docet, & ob senium, & ob nimiam euacuationem hunc singultum esse malum: ob nimiam quidem euacuationem, quia ut libro quinto dictum est, aphorismo quarto, singultus ob euacuationem malus est: ob senium uero, quia omnia mala ob aetatis imbecillitatem in senioribus sunt peiora.

## A P H O R I S M U S X L I I I

**S**I febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti superinfusa solutio fit febris.

## B R A S A V O L V S

S I Q V I S febre correptus sit, non autem ex bile, multa aqua calida capiti superinfusa febrem soluit, nam ab hac aqua calida, febrilis prete naturam caliditas remouetur, & simul causa qua febrem faciebat. Scito autem in praesentiarum per febres non ex bile factas, omnes illas intelligere, qua non sunt humorales.

*Ην πυρέως μη ἀπὸ χλιδῆς εχεῖ, idest, Si febris no ex bile habeat.] Id est, si non sit febris humoralis, sed uel ephemera, uel ethica. Hippocrates per bilem omnes humores intelligere solet, nam in fine libri De hominis natura, quatuor febrium genera ponit, & omnia ex bile. Non intermitte, Quotidiana, Tertia, Quartana: & omnes has ex bile facit, quod manifeste ostendit bilem omnes humores significare. & Galenus hic in commen tationis fine bilem ad pituitam deducit. Idem Hippocrates in secundo Aphorismorum libro aphorismo decimoquinto cum dicit, ubi fauces egrotant, aut tubercula nascentur in corpore, excretiones inspicere oportet: nam si biliosa fuerint, corpus una agrotat. Certum est in praesenti loco bilem pro omni humore accipi, quia tubercula fiunt, & ex pituita, & ex atrabile quandoque, & tunc excrementa debent esse pituita, uel atrabilaria. Philotheus quoque hic dicit: χλιδῆς μηδὲ λόγω παστείγματος θεαχυλόγος, τὸ λογοτελέος πεπεντρόω, τοτέσι φλεγμα, αἷμα, μελαιναν χελιδων. ὅτι τολμάσιον δίποτον χυμόν, ἀλλ' ἀπὸ πνεύματος, οὐδὲροις, τόπῳ ἀφελέα καταχυστος τῷ θρυψίδιοντος, καὶ πνεύματος, οὐδὲ γάρ οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν τὸ σῶμα θέτει. idest, de bile mentionem faciens, ratione exempli utpote breviloquus, reliquos humores subaudiendos significauit. hoc est, pituitam, sanguinem, nigrum bilem, ab alio solo quodam humore, sed in spiritibus, uel in solidis membris, tunc utilis est aqua calida infusio, & potens & probe calens. etenim non adest materia que fusionem facere debeat. Si uero quis petat, quomodo fiat, dicit quidem, ut ex hac ad totum corpus adsit. Tamen est adeo obscurus, & corruptus græcus contextus, ut nullus possit sensus perfecte colligi, nos prædictū collegimus qualiscunq; sit, lector ipse iudicet, & meliorem sententiam eliciat. Si ergo sit febris non humoralis, sed uel ephemera in spiritibus, uel ethica in solidis membris,*

Ydkt.

Ωλετθ πολλοῦ καὶ θρυσκοῦ λατταχεούσινος ὥδη τῆς λεφαλῆς, λύσις τοῦ πυργεῦ γίνεται. id est, Multa aqua & calida capitū superinfusa, solutio fit febris. ] Tum quia calor præter naturam remouetur, tum quia causa etiam quæ febrem facit, uel obstructio sit, uel aliud simile. Hoc autem quod dicitur, infundendam esse aquam calidam, non solum de infusione intelligere oportet, sed etiam de ingressu in balneum, nam Paulus libro secundo, capite decimosexto, de his qui laborant febre diaria ex ferioribus atque adiunctionibus dicit, quod inclinante febre opus est caput his perfundere atq; lauare: id autem non fit, nisi aqua calida. Et in eodem loco multas ponit febrium diariarum species, in quibus balnea fieri docet; & in febre ethica capite trigesimo tertio eiusdem libri, sape balnea fieri oportere monet. Actius præterea capite sexagesimo septimo quinti libri, in ephemeris febribus lotionibus utitur: & capite nonagesimo tertio eiusdem libri, in ethicis balnea ex aqua calida facit. Sed haec notissima sunt, & talia, ut in illis nemo ambigat. At in humorali febre dubium est, nunquid aquæ calidæ perfusione, aut balneo uti possimus. Nunc balneorum distinctiones à Galeno, decimo Medendi methodo positas, quia hic per balneū aqua calida lauacrum intelligimus, quod in tertio De sanitate tuenda Galenus dicit, duras densasq; partes emollire, excremēta putria, si quæ intus ad cutem hærent, euocare. In decimo uero Methodi dicit, Si quis balneum ingressus non inhorruit, sed remissa est illi laxataq; cutis, huic sane necessario prædicta succendent, excrementorum evacuatio, æqualis per omne corpus calor, exiguum meatum rarefactio, densatorum fusio. Sed quid opus est uerbis in plethora balneo utitur libro decimotertio De arte curandi, & in octavo & in decimo multa de balneis agit, modo materia sit cocta. Sed ut ad rem ueniamus, Galenus ad Glauconem balnea ex aqua potabili laudat, tum quia aliquid bilis educunt, tum quia qualitate sua plurimum iuuant. Idem Galenus in undecimo Methodi cum fiducia balneo lauat febricitantes ex bile, & multa ibi notanda sunt, quæ de balneis in putridis febribus dici possunt. Tamen Galenus hoc potius facere uidetur cocta materia, quod tamen fieri posset illa non penitus cruda, sed aliquam coctionem habente. Quin & Celsus capite decimoseptimo secundi libri, dicit, balneum modo discussis febribus, initium cibi plenioris, uiniq; firmoris ualeitudini facit, modo febrem ipsam tollit, sereq; adhibetur, ubi summā cutem relaxari, euocariq; corruptum humorem, & habitum corporis mutari expedit. Antiqui timidius eo utebantur: Asclepiades audacius. & multa de usu balnei in febribus prosequitur Celsus. At tu forte contra balnea Galenum in tertio De ratione uiscus in morbis acutis, adduces, qui inquit, Si balneum administretur ante evacuationem, attrahet ad loca quæ sunt sub precordijs materiam. Sed hoc non negamus in ualde pleno homine, quando materia cruda sit: propter ea evacuatione facta, uel saltem concocta materia, balneū adhibeto. At quoniam non sit magna plenitudo in inclinatione uniuersali fieri cōuenit. Et si etiam dicas Galenum in tertio De sanitate tuēda, dixisse: Sanè cogit, clauditq; tum frigida, tum feraens aqua. Igitur intus, morbi causam claudet, Respondeamus, nos uti balneo non ex feruenti, necq; ex frigida, sed ex calida. Dices etiam Galenū in decimo Methodi medendi dicere, Qui laborant ethica febre, atq; ex his præcipue, qui iam marasmode februant, modo ijs alia nulla febris, nec ex putrescente humore, nec ex inflammatione sit adiuncta, eos omnes audacter lauabis. Febris igitur putrida causa est cur lauari non debet. Igitur tanto minus in ipsa lauandum. Adde quod in primo ad Glauconem de his loquens qui ex multitudine laborant, dicit, à uino uero & cibis abstinentem, & balneis etiam si febricituerint. In febre igitur balneo uti non debemus. Sed ob quam causam uerbis uerba inculcamus? Certum est in materiae crudæ copia, nos balneo uti non debere. In his authores & Galenus balnea fieri uetant, tamen de hac materia nos peculiarem tractatum agemus, quoniam inter nos & alios medicos in tertiana febre cōtrouersia inciderit: nempe illi uolebant cruda etiam materia existente, & non pura bilioſa, reuerendissimum Cardinalem Rauennatem in aquæ calidæ balneum intrudere, quibus nos ob aegri utilitatē obstitimus: inò ex his unus, qui in seipso cum materiae cruditate balnea experiri uoluit, penè consumptus est. Sed haec in præsentiarum tumultuose dicta sint, quæ alias distinctiones comprobabimus.

**E**X HOC sermone manifeste declarat non omnes febres ex bile fieri. Ostendit autem quod reliquæ omnes exceptis his quæ ex bile factæ sunt, aqua multa capiti superinfusa solvuntur. Secundum hunc sermonem igitur in primo libro Epidemiarum de Melitone scripsit, balneis usus supra caput, febres si quidem quæ ab exustione, ac frigiditate factæ sunt, à talibus balneis utilitatem sentiunt, & nihilominus quæ ex lassitudinibus fiunt, nihilominus & quæ propter foraminum angustationē, siue propter obstruktionem, siue ob clausuram fuerint angustata. Respiceret si quidem per ipsa oportet, & dissolvi calorem febrilem. Non tam ubi inflammatione aliqua, aut abscessu inflammatione humoris putredo igneum calorem accederit, balnea utiles sunt antequam noxiū humores evacuentur, aut concoquantur. Verum tales morbos, aut laterum inflammations, aut pulmonis, aut hepatis, aut lenis antiqui nominabant, uolentes febrem non esse morbum ipsum, sed casum morbi. In quibus autem sine partis inflammatione, qui in uestis putrent humores febrem accidunt, in illis solis dicebant hominem à febre molestari, & ipsum à febre haberi. In illis autem & febrium scripsere differentias, hepialon, & lipriam, eloden, & typhoden, pestilentem, & ardorem nominantes. Hepaticam autem, febrem, uel lenofam, aut pulmoniam, aut lateralem nemo dixit, adeo quod nunc sermo ab Hippocrate habetur de febribus ipsis quæ sunt abscessu partium inflammatione. In diversis uero exemplaribus, non aqua, sed sudor scribitur, talen habente scriptura intellectum. Si febris non ex bile habeat, multis sudore à capite defluens febrem soluit, non ex solo capite sudorem fundi dicente Hippocrate, sed à prima parte quæ subiicitur oculis de toto monstrante corpore. Quantum igitur ad hanc scripturam attinet, hi qui ex bile febricitant, à talibus sudoribus nihil iuuabuntur. Atqui sappius manifeste solvuntur, & aliae plurimæ febres, & in quibus flava bilis plurima est, tertianæ, & ardores. Verior igitur est prima scriptura, quæ ueram docet curationem earum febrium, quæ ex dicto genere sunt, quæ uidelicet uel ob lassitudines, uel exustiones, uel refrigerationes, uel omnino cutis fiunt angustationes. Quod autem à bile dicitur, & de rufa, & de atra bile intelligi potest, non tamen in his solis ostendebamus, sed & ob pituitam putrefactem fieri febrem: & in hac sola videbitur aphorismus non esse verus, nisi quis existimauerit pituitæ putrefactionem in humorem biliosum conuerti.

## B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet, hic ab Hippocrate duo edoceri, unū, quod omnes febres ex bile non fiunt. Aliud, quod omnes aliae febres, his exceptis quæ ex bile fiunt, aqua multa calida superinfusa sanantur, unde & secundum hunc sermonem in primo Epidemiarum libro de Melitone scribens dicit, balneis usus supra caput. Tu casum quare, si inuenire poteris.

Quod legitur, Ostendit autem, quod reliqua omnes, legi debet, Ostendit autem, quod & reliqua omnes, nam Græce habetur, *Διηλεῖ δὲ τοὺς ὄπα*.

**S E C U N D O** docet, febres ex adiustione factas, & ex frigiditate ab his balneis utilitatem sentire. Sunt uero hæ omnes ephemerae. Addet etiam illas, quæ ex lassitudinibus fiunt, & quæ ex meatu obstruktione, quæ & ipsæ ephemerae sunt, iuuari ab hac aqua superinfusa nam per has occlusas partes, respirare oportet, & calorē febrilem dissolvi.

Quod legitur, siue propter obstruktionem, in Aldino codice legitur, *Ἐν δέ μόνη σεγγαδύται. idest, siue propter obstruktionem muscularum.*

Quod etiam legitur, Respiceret si quidem per ipsa oportet, legi debet respirare, nam Græce est, *Διηλεῖ δέ τοι.*

**T E R T I O** ipse regulam dat, de qua superiorius mentionem fecimus, quando sit usus balneorum in febribus humoralibus probus. ubi adest aliqua inflamatio, aut putredo humoris abscessu inflammatione, quæ febrem fecerit, balneo uti non debemus, antequam noxiū humores evacuentur, aut concoquantur: sed morbi illi ab inflammationibus facti secundum inflamatam partem denominantur, & febres ipsæ non habent denominationem à partibus. nam dicunt lateris inflammationem, aut iecoris, aut pulmonis, febris uero non est morbus, sed horum morborum symptoma, unde hi non dicuntur febre uexari, sed inflammationibus, quamvis febris iuncta sit, immo & in nostro vulgariter usu

usu, nulla sit in his inflammationibus febris mentio. In febribus autem sine inflammatione suas differentias habebant, ut hepialos, lipyria, elodes, typhodes pestilens ardor. Nullus autem antiquis febrem aliquam uel hepaticam, uel lienosam uel lateralem uocauit. Vnde Galenus inferi Hippocratem hic de his febribus sermonem fecisse, in quibus nulla est inflammatione; sed etiam non de omnibus, uerum de his solum quae non sunt a bile, idest ab humore aliquo ex his qui corrupti febrem faciunt.

Vbi legitur, Volentes febrem non esse morbum ipsum. Graece est σύμπτωμα τοῦ φλεβικοῦ πυρέτου αὐτὸν, οὐκ ἀντὶ τοῦ φλεβικοῦ. idest, symptoma ponentes ipsam febrem, non morbum ipsum. In aliquibus contextibus legitur, πυρέτην αὐτὸν. Postea deest illa particula αὐτὸν, ante illam φλεβικοῦ, ut sensu sit, uolentes febrem ipsorum (scilicet membrorū inflammationatorū) non esse morbum, sed morbi symptoma.

Vbi Galenus februm differentias enumerat, dicit hepialon, est uero hepialus, genus febris ex pituita factum; eodem modo lipyria est genus febris. Recentes corrupto uocabulo hanc uocant lypariam, illam empialam, putantque in hac interiora frigescere, & exteriora calere; in lipyria uero, exteriora frigescere, & interiora calere. Sed nos qd apud antiquos sint haec febres, edocere tentemus: primo ab hepialo exordientes. Aetius libro primo, capite octuagésimo sexto, talia de hac dicit: prædictū generis, pituitosi inquam, febris est quae priuatim hepialos nuncupatur, quando ærgi febrientes eodem tempore in singulis corporis partibus calorem simul & frigus percipiunt. gelidissima enim pituita quam uitrea uocant, si sine putredine fuerit, solum rigorē inferet: si putredo medio, cris acceferit, hepialos generabitur; exuberante uero putredine, rigor quidem præcedit, sed pura subinde febris subsequitur, frigore à calorē multitudine superato, ut in exacerbationis incremento aut uigore, ne tantillū quidem supersit. Sæpe etiam continet, ut uitrea pituita aciditatis simul particeps sit. Curatio qualē in quotidiana diximus, adhibenda est, nisi haec maiori indiget incisione. Hæc Aetius de hepialo, Paulus libro secundo, capite uigésimo sexto, de hepiali nomine hæc differit, ἀλεκτρια δὲ ἡπιάλος, ἢ ἡ πεταφόρας τῆς ἀληθίας, λέγεται δὲ τὸς θελάτος, ἡ πτία μὲν φυτοφάρμακον τὸν τοξικὸν, χελευτικὸν τὸν τοξικόν, ἢ πτίαν ἀλεκτρίνην, ὅπερ δὲ θερμάτεναι. idest, Hepialos autem dicta est, uel per translationem ab hale, dico autem à mari, quod à principio tranquillum, difficile postea fit, uel dicit ab ἡπίῳ, idest blande & leniter, & ἀλεκτρίνη, quod est calefacere. Ipse etiam Paulus inter quotidianas illam numerat, & à pituita hyalode, idest uitrea fieri dicit: dicitq; quum non est corrupta, facere cum tremore algores: quum uero pars aliqua corrupta sit, alia non corrupta, sit hepialos, in qua simul algescunt & febrificant. De lipyria & typhode & crymode Aetius hæc dicit libro quinto, capite octuagésimo octavo: erysipelata in uisceribus quoq; nonnunquam fiunt, ardente febrem & ethicam inferentia. Si ergo erysipelas in uentriculo sit, febris quæ inde incendiatur, lipyria nuncupatur: si in hepatæ, typhodes: si in pulmone, crymodes. Galenus in Ly cum ita differit de his febribus, ut ostendat typhodem non fieri ab inflammatione uel erysipelate alicuius partis. Nam dicit, februm quædam sunt exacte siccae, ut causi exacti: quædam extreme humidæ, ut quæ typhodes aut helodes uocantur. Deinde inquit, humidæ febres, in quibus laborantes primo die sudant. At ex ipsis sudoribus, aut modice, aut nihil iuuantur.

Quod legit, Adeo qd nunc sermo: legi debet, Quia & nunc sermo. Graece est, ὡς τε.

Q Y A R T O Galenus docet in multis exemplaribus non legi aqua, sed sudor: ut hic sit sensus. Si sit febris non ex bile, multus sudor à capite defluens febrem soluit. Et si tibi forte uideatur ex solius capitib; sudore febrem non abire, Intellige per caput, totū corpus. nam per illam primam partem quæ oculis obijicitur, totum intellexit. Vnde quantum ad hanc scripturam, illi qui erunt febre biliosa correpti, ab his sudoribus non iubuntur: tamen nos experientia uidemus, per sudores alias plurimas febres solui, & in quibus flava bilis plurima est, ut tertianæ & ardores.

Quod legitur, In diuersis uero exemplaribus non aqua, sed sudor scribitur. Graece est, ὥστε την τὴν πλεῖστην ἦν αὐτογενεφόδην οὐχ ὑπάτερον, ἀλλ' ιδούτερον γέγενησαν. idest, In pluribus uero exemplaribus non aquæ, sed sudoris scribitur,

**Q**VINTO docet, priorem scripturam ueriores esse, quæ docet febres curare ex prædicto genere, scilicet que uel ob lassitudines, uel ob exustiones, uel refrigerationes, uel cutis *styrax*, id est angustationes.

**S**EXTO docet, hoc nomen bilis esse commune & ad flauam & ad atram: at quia aliquis dicere posset, febrem quoque à pituita fieri, & in hac aphorismus uerus esse non uidebitur, nam aqua calida superinfusa non iuuat: propterea dicit Galenus, forte aliquem posse existimare pituitæ putrefactionem in humore biliosum cōuerti, quod tamen non asserit Galenus, sed dicit aliquis forte ita existimare poterit. At breuius est dicere, quod hic uititur uocabulo bilis pro quoque nostrí corporis humore.

## APHORISMVS XLIV

**M**ulier ambidextra non sit.

## BRASAVOLVS

**D**VORVM alterum consequtu opus est, aut Hippocratem sapientissimum uirum, aut Platonem summum philosophum aberrare, nam Hippocrates hic docet, mulierem non uti utraqꝫ manu tanquam dextra, id est æque potente & apta ad exercitationes: sicuti homines inuenti sunt, & indies inueniuntur, qui utrasqꝫ manus dexteræ habent, id est æque robustas & aptas. Plato autem in septimo De legibus libro in uiros atqꝫ mulieres inuchitur, quæ ambidextræ non sunt, cum tamē facile fieri possint. Platonis uerba hæc sunt, Atheniense loquente. Quod uidelicet dextera à sinistris, qd ad manus pertinet, differre iam uideantur in singulis operationibus naturæ. pedes enim, inferioresqꝫ partes ad opera nihilo differre uidentur. Manibus autem, matrum, nutriciumqꝫ simus ignorantia quasi claudi facti sumus. Nam cum natura fere ad utrancqꝫ partem æque se habeat, ipsi per consuetudinem non recte utentes, differentiam fecimus, & certe in quibusdam parum id refert. Nihil enim interest ad uitā, si lyra in sinistra sit, in dextera plectrum, in cæterisqꝫ huiusmodi similiter. Quorum exemplo idem in reliquis omnibus facere, dementia est. Hęc ita esse lex Scytharū ostendit: non enim sinistra solum arcum, dextera sagittam tenent, sed utriscqꝫ similiter ad utruncqꝫ utuntur. Multa exempla huiusmodi in aurigarum, aliorumqꝫ operibus reperiuntur, ex quibus intelligere licet, eos qui dextris sinistra imbecilliora reddunt, præter naturam id facere. Quæ res, ut diximus, in corneis plectris, instrumentisqꝫ talibus impedimento non est, sed per multum interest, quando in pugna, ferro, arcu, hasta, cæterisqꝫ huiusmodi uti necesse est, plurimū autem quando armis arma pelluntur: differt aut multum qui didicit ab eo qui non didicit, & exercitatus, ab eo qui minime exercitatus est. Nam quemadmodū qui aut in pugilum certamine, aut lucta, aut utroqꝫ simul perfecte se exercuit, potis est congregi a sinistris & præsto se accommodat, quando ad partem alteram transferre se cogitur: id ipsum arbitror in armis ac cæteris rebus rectissimum esse, quare oportet si duo quædā quis possidet, quibus se defendat, & alios cedat, ut nihil horum pro uiribus otiosum, in exercitatumqꝫ relinquit: & si quis aut Geryonis, aut Briarei naturam habeat, cum centimus sit, totidem oportet ab eo facula mitti posse, horum omnium curam habeant principes, tam mulieres, quam uiros. & mulieres quidem ludos, alimentaque considerent: uiros autem disciplinas, ut omnes pedibus manibusqꝫ utrincqꝫ æque potentes facti per consuetudinem naturæ non noceant. Alibi quoqꝫ idem Plato dicit: si sint in aliqua urbe uiginti millia animarum, quum mulieres ad pugnam non eant, solum erunt decem millia. At quia senes & pueri ad pugnam inepti sunt, propterea solum sunt duo millia quingentos. Verumtamen quia non utuntur nisi dexteris, propterea sunt semihomines: & ideo in hac urbe erunt solum mille ducenti quinquaginta integri homines. Plato igitur putat tam mulieres, quam uiros fieri posse ambidexteros. Quod hic negat Hippocrates, forte Plato intelligit, arte fieri posse. Hippocrates, quod nullæ mulieres ambidextra nesciantur, nisi arte fiant: quod tamen in uiris contingit quandoqꝫ, etiam si arte non fiant. Vel Hippocrates intelligit, non inueniri mulierem, quæ æque robustas habeat utraqꝫ manus

manus: quamvis ex assuetudine possent utrisque æque uti. In viris autem hoc quandoque inuenitur.

*τρων ἀνθελέπει οὐ γίνεται. i. mulier ambidextera non fit]. i. non habet eque manus rotundas. Philotheus hic dicit, ἀνθελέπιος ὄνομά ἔσονται τὰς ἀμφοτέρας τὰς χέρας δύοιντας ἐχοντας. Οἱ τούτον αἴτιοι, οἱ σωγότεροι, οἱ γε τοις σωγότεροι εἰς πάσιν τὰς ἀμφοτέρας λινέις, οἵτινες δὲ τὰς πλεοντέρας γίνεται εἰς λινάσι. Εἰ δὲ ἀμφοτέρας, ἀνθελέπει οὐ γίνεται. Ήτος γαρ εἰρηγμένης μετεποτέρη γέρανες, εἴ γινε δὲ τέκνα, καὶ οὐ μόνος δὲ τέκνα, ἀλλὰ καὶ μέσα φύσεως, οὗτοι μαλλον ἀρρένων εἰς θελέπιον, οὐ γυναικῶν. Καὶ οὐ ταῦτα τὸ ἀνθελέπιον ἐπλαυβάνονται, διό γαρ πολὺ τῷ θελέπιον κόλπῳ οὐ γίνεται. idest, Ambidextros nominant utrasq; manus bene mobiles habentes, & huius causa assuetudo, ut si quis ex pueritia consuetus sit sinistram mouere, ipsa quidem ad motum aptior sit. At si utrasq; ambidexter fit, etenim, ut dictum est, moderatus motus roborat. otium uero corruptit, & non solum hoc, sed & ob naturæ robur, unde mares magis ambidextri, quam mulieres. Alij autem sic ambidexterum accipiunt, quod mulier in dextero sinu non fiat scilicet uteri.*

## G A L E N V S

**A**M B I D E X T E R V M Euripides nominat ferrum utrinque incidens. Circumdex trum autem Homerius Asteropaeum ambabus manibus similiter utentem, ac si utrinque dextrum dixisset. Eodem modo ambilaevum Aristophanes in Tagenitis, utrinque sinistrum. Hipponax ambidextrum dixit in hoc uersu,

Ambidexter enim sum, & non aberrans.

Homines itaque qui ambabus manibus pro dextris utuntur, saepius uisi sunt. Mulier uero nulla ad hunc usque diem ob naturæ imbecillitatem. Si enim ambabus manibus, ob neruorum robur, ac muscularum quidam uiri utuntur, rationabiliter nulla mulier uteatur, quæ satis habeat, si sola dextra modice utatur. Amazonidas quidem ipse inquit mammam dextram exurere, ut plurimo alimento ad manum uicinam perueniente, ei maior adsit uigor, ut quæ & ipsa sit natura debilis. Quidam tamen aiunt ambidextram diccam esse quæ parte uteri dextra genita sit. Et his adhuc magis à ratione alienum aiunt de his qui Hermaphroditi nominantur Hippocratem fuisse locutum, quod mari quidem pudentum inuit muliebre, mulieri uero uirile minime.

## B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, ἀνθελέπιον, idest ambidexterum ab Euripide nominari ferrum utrinque incidens, nos gladium ancipitem, & ancipitem ensem vocamus.

S E C U N D O docet, Homerum dixisse Asteropaeum ambabus manibus similiter utentem, ac si dixisset utrinque dextrum, & Aristophanes in Tagenitis dicit ambilaevum utrinque sinistrum, & in hoc uersu Hipponax ambidextrum dicit,

Ambidexter enim sum, & non errans.

Quod legitur, In Tagenitis, legi debet, In Tagenitis hominibus. nam Græce est, γυναικῶν τελεταῖς.

Quod etiam legitur, Dixit in hoc uersu; adde, iambo. nam Græce legitur, ητι πυθηναῖς ιδεύθω, idest, In hoc uersu iambo. Carmen Græcum est,

ἀνθελέπει οὐ γερέμε, νῦν οὐχ ἁμαρτάνειν. idest,

Ambidexter enim sum, & non aberrans.

T E R T I O docet Galenus, sepe uisos esse homines, qui utrinque manibus pro dexte ris utearentur; sed nulla mulier ad hanc usque diem ob naturæ imbecillitatem inuenta est. Si enim aliqui viri ob neruorum robur ac muscularum ambabus manibus utantur, rationabile est nullam mulierem uti, quæ satis habet, si sola dextra modice utatur: unde Galenus totam rationem ex viribus facit, non ex assuetudine. At Plato hoc esse assuetudinis munus edocet. Tamen nullus it inficias, assuetudinem ad hoc multum facere; at tamen & robur in parte dextera maius est, quam in sinistra.

Q U A R T O ad eorum quæ dicta sunt corroborationem Galenus addit Hippocratem dixisse, Amazonidas mammam dexteram exurere, ut multo alimento ad uicinam mammam proueniente, ei maior adsit uigor, nam & ipsa est natura imbecillis.

Q U I N T O quorundam expositione refert, qui dicebant, vocari ambidexterā, quæ parte uteri dextera genita sit. nam mulieres in sinistris, mares in dextris concipiuntur.

**S E X T O** aliorum sententiam ponit, quae præcedente peior est. nam aliqui dicunt Hippocratem de hermaphroditis loqui, quod scilicet mas muliebre pudendum habeat, mulier uero virile non habeat: quod nihil aliud est dicere, nisi hermaphroditos inter males inueniri. Plinius tamen scribit equas, quibus Nero uehebat, suisse hermaphroditas.

Vbi legitur, Et his adhuc magis à ratione alienum, addi debet particula alijs. nam Græce adest particula ἔτροι, ut hoc modo legi oporteat, & his adhuc magis à ratione alienum alijs aiunt.

## APHORISMVS XLV

**Q** Vicunque suppurati uruntur, uel secantur, si pus purum fluxerit, & album, euadunt. Si uero subcruentum, & feculentum, ac fetidum, pereunt.

## BRASAVOLVS

**L I B R O** sexto aphorismo uigesimali septimo de suppuratis abunde egimus, ostendentes, quomodo antiquitus inciderentur, & urentur, ut non sit opus eadem iterū recantare. Satis nunc sit hic ab Hippocrate edoceri, quādo aliqui adeo suppurati sunt, ut non sufficient pus in pectoris cauitate contentum expellere, sed uistione, uel sectione indigeant: si cognoscere uolueris, an conualiturus sit, an non conualiturus, pus quo effluxit, considerato, nam si purum, & album sit, hi euadunt: Si uero subcruentum, & feculentum, & fetidum, pereunt. Illi sanantur, quia uis intrinseca robusta est, quæ eius actione materiam in pus bonum conuerterat: in alijs uero, in quibus pus subcruentum, & fetidum, & feculentum est, magnam corruptionem esse significatur, & materia à uiribus superari non posse, imo potius uires ipsas succumbere.

ὅτι τὸ μὲν τοῦ νεανίου, idest, Quicunq; suppurati uruntur. ] Suppurati illi sunt qui collectum pus in thorace habent, ut Galenus inquit. & Philotheus dicit, ἐπεντελεῖσθαι τὸν πόνον τοῦ νεανίου. idest, Suppurati proprie sunt, qui inter thoracem & pulmonem pus habent. uistio fit inter quartam & quintam costam secundum recentes. At secundum Celsum libro tertio capite uigesimali secundo, exulcerans dus est ferro cädenti, uno loco sub mēto, altero in gutture, duobus ad māmam utranc. Item sub imis ossibus scapulariū, qua ὠμόνδας Græci uocant, sic ne sanescere ulcera iūnamus, nisi tuſsi finita. Philotheus uero hic dicit, ἐπεντελεῖσθαι τὸν πόνον τοῦ νεανίου φέρειν τὴν δύο πλευρὰς, καὶ πονῶν τοὺς βαθεῖους, τὸν δὲ αὐτὸν τὸν πόνον τοῦ νεανίου φέρειν τὸν πόνον. idest, Sciendum autem quod Hippocrates in medio diuarum costarum suppuratos inurit, & hoc per profundum, ut & ipsam pelliculam præcingeret, ut ex suppuratione educatur pus. ut recētiorum uistionem sequi uideatur, non antiquorum. De his uero nostra lege in uigesimali septimum libri sexti aphoris mus Commentaria.

ἢ τείμοντα, idest uel secantur. ] Sectio fit inter quartam & quintam costam, ἢ μὲν τὸ τῶν γαθαράν τὸν οὐκ εἰληφέντα, ποδιγίωντα. idest, Si pus purū fluxerit & album, euadunt. ] Nam significatur, fortes atq; robustas uires pus ad perfectionem deduxisse. Est uero perfectum pus ( ut Hippocrates in fine primi libri Prognosticorum docet ) si candidum æquale, leueq; & quam minime fetidum est: maxime uero contrarium huic deterrimum est. Philotheus hic dicit, πόνος οὐδὲ καροβολίσις, εἰ μὲν λαθηφεὶ καὶ διατάχη συμβάνειν τὸν πόνον, ἀγαθὰς εἰληφεῖ. Μηδοὶ γάρ ὅτι ἡ φύσις ἐφράσται, καὶ κατεκρατήσῃ ἡ παρὰ φύσιν θεοῖς. idest, his igitur usq; siquidem album & æquale fluere contingat pus, bona spes: ostendit enim quod natura fortis est, & dispositionem præter naturam uincit.

ἢ τὸ ὑφασμάτων τὸ καὶ βορβορῶσθεν καὶ οὐσιῶσθεν, ἀπολιωταῖς. idest, Si uero subcruentum & feculentum ac fetidum, pereunt. ] Quoniam significatur putredinem uires superare: Philotheo etiā dicente, οὐλοὶ γάρ ὡντεισι τῷ νοσηματῳ, κατέπησον δὲ τὸν θεαματων, idest ostendit enim uictoriā morbi, procidentiam uero potentiarum.

## G A L E N V S

**S**VPPVRATIONES consuevit nominare, non eas tantum quae sunt in thorace, sed in quauiis alia parte ad pus alterata tubercula. Solos uero precepit omnino sup puratos nominat, quibus inter thoracem atque pulmonem aceruatū est pus, quos urere cōstretus esse ueteres, discere licet, ex his quae dixit Plato comicus de Cinesia, hisce uero bis: Post haec concionatus filius Euagoras ex morbo lateralī Cinesias aridus, puris expertis, calamacea gerens crura, tabis procera, plurimas inustus escharas ab Euriphonte in corpore. Quod quidem pus album bonum sit, feculentum uero & fetidum malum, nemo ignorat.

## B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet, quid significet uocabulum Suppuratio: nam Hippocrates suppurations nominare solet in quaucū corporis parte sint tubercula, quae ad pus alterentur. At in præsentiarum solos illos suppurations uocat, qui inter thoracem atque pulmonem aceruatū habent pus, quos antiqui urere consueuerunt.

Quod legitur, Omnia: lege, Magna ex parte. πύτησι.

**S E C U N D O** ex Platonis Comici sententia docet, antiquos urere suppurations: nam dicit Cinesiam inustum plurimas escharas ab Euriphonte in corpore ex morbo laterali: ex quo loco habetur, antiquos fecisse multas escharas: ut Celsus docet.

Quod legitur, Concionatus: in prima nostri antiqui codicis lectione habetur, ἀγέρους: in secunda, ἀγέρας: in Aldino codice nihil adeſt, solum legit μετὰ τωῦτον.

Quod etiam legitur, Puris experts: Græce est, ἀπντρός.

Quod etiam legitur, Calamacea gerens crura: Græce est, calamina: alijs codices habent καλαμαια, idest arundinacea gerens crura. Leonicenus à calamo calamaceū fecit.

Quod etiam legitur, Tabis: Græce est φθόνος.

Et quod legitur, Procer: Græce est πεφίκης, idest propheta.

**T E R T I O** Galenus docet, neminem ignorare pus album esse bonum, feculentum uero & fetidum, malum.

## AP HORISMVS XLVI

**Q**VORUM hepatis suppuratum aduritur, si pus purum fluxerit & album, euadunt: in tunica enim his pus continetur: si uero qualis amurca fluat, percunt.

## B R A S A V O L V S

**P A V L V S** libro tertio, capite quadragesimo sexto, de iocineris affectionibus, inflammationibus, suppurationibus copiosissime tractat: sed quo'nam modo, & quo loco ustio fiat, non edocuit: imò nec an fiat, ex ipso colligi potest. Idem etiam ex Aetio haberi non potest, qui tamen libro decimo rem agit diffusius, quam Paulus de iocineris affectionibus. Nec apud Trallianum de hac ustione quicquam habetur: solus Celsus de illa mentionem facere uidetur libro quarto, capite octauo. Sed unum notare debes, Celsum iubere ustionem fieri, quando uomica laborat: nam quando ita laborat, quidam contra id scalpello aperunt, ipsam uomicā adurunt. Quod igitur hic ab Hippocrate dicitur, Qui suppuratum iecur habent, & adurantur: quia secundum Celsum adsit uomica. Si pus purum fluxerit & album, euadunt: quoniam uis intrinseca materiā uincit: nam istis pus continetur in tunica in superiori iecoris parte, adeo ut eius substantia nihil patiatur. At si pus exeat, qualis est amurca, hi pereunt: quia corruptio usq; ad iecoris carnē peruenit.

ὄνειροι τὸ οὐπεῖσθαι πύρον καιονται, idest, Quibus iecur ob pus uritur. ] quando scilicet uomicam patiuntur, & perpetuum puris defluxum: nam in hoc solum casu fit ustio, fitq; supra iecoris regionem: pus etenim illuc inter intestina & peritonæum colligitur: unde & aliqui incisionem faciebant, ut præcitatō loco dicit Celsus, sed incisio in eodem erat loco, in quo eorum incisio, qui aquam intercutē habent, unde Philothei contextus non solum dicit καιονται, idest uruntur: sed etiam addit, ἡ τέμνονται, idest inciduntur: ut hanc aliam operationem etiam notet.

**E**t plurimis πόνοις καθάρεσθαι ἐνī οὐδὲ λαθεῖν, πολυγινονται. idest, Si pus purum fluxerit & album, euadunt. ] Nam uires materiam superare significatur. Hippocrates uero dicit,  
γνωστῶν γέροντος πόνοις ποντίους θεῖν. idest, In tunica enim his pus continetur. ] Quid uero intelligendum sit per tunicam, ambiguum uidetur. Aliqui peritonaeum intelligunt: & re uera peritonaeum pus continet, quod à iecore effluit: nam inter intestina & peritonaeum colligitur. Quippe hoc pus nisi per mesentericas uenas ad intestina uertatur, necel fario implet iam dictam partem. Galenus per tunicam, superiorem partem intelligit, & pelliculam illam iecoris carnem tegentem, quia in illa tunica pus esse potest, & tamen non esse affecta iecoris substantia. Itaque nos putamus intelligendum esse hic Hippocratem per tunicam, in qua pus cōtineatur, quamuis & id possit esse uerum de peritonaeo: sed propter hoc inciduntur potius. nam propter uomicam, & continuum puris defluxum non inciduntur, sed uruntur.

ἐ δὲ οἷον ἀμύρηγγον ἐνī, ἀπόλωλα ται. idest, Si uero qualis amurca fluat, pereunt. ] Hoc est, si ichor & sanies quædam que amurca assimiletur, exeat, hi pereunt, nam ex hoc significatur uires imbecillas esse & impotentes non solum ad coquendam, sed neque ad alterrandam materiam illam quæ in pus conuerti deberet. Est uero amurca, olei fex. Philotheus hunc aphorismum ita exponit, γνωστὰ φυσὶ γνωστίον τὸ ἐκκενόμενον πόνοφ. ἦν γέροντος λαθεῖν, οὐδὲ παθεῖν πολυγινεῖν. σπουδέας γέροντος πόνον τοῦ πόνου ἔργων τῆς ἀλοιωτικῆς διωσμένης, οὐδὲ τὴν φλεγμονὴν ἔργον πολὺ τὴν ψυχὴν τῷ ὑπατῷ ἀνατείνειν. ἦν δὲ οἷον ἀμύρηγγον, ποντίσι στέμνειν ἐνī, ἀπόλωλα ται. idest, Hic dicit querendum quale sit excretum pus: si enim album exit & purum, euadunt, tale enim pus immunitans potentia robor significat, & inflammationem extrâ circa iecoris pelliculam esse: si uero qualis amurca, hoc est olei sedimentum, fluat, pereunt.

## GALENVS

**I**PSE causam dixit, ob quam nonnulli pereunt, qui ita se habent; nonnulli uero euadunt. Quibus enim in tunica est pus, nihil patiente substantia hepatis, saluantur omnes. Quibus uero usque ad carnem hepatis corruptio pertingit, non absque ratione moriuntur. Quod autem ἀμύρηγγον, amurcam, Graeci non inveni fecem olei; & quod tales par est esse incoctam putredinem hepatis, liquet unicuique.

## BRASAVOLVS

**P**RIMO Galenus docet, hic ab Hippocrate causam edoceri, quare aliqui pereunt, aliqui euadunt, in aphorismi casu: qui pus habent in iecoris tunica, eius substantia nihil patiente, omnes saluantur. At quibus usque ad iecoris carnem corruptio pertingit, hi non absque ratione moriuntur.

**S**ECONDО docet, liquere per ἀμύρηγγον apud Graecos olei subsidentiam significari: & etiam liquet ex eo ostendi, iecoris putredinem esse incoctam.

Quod legitur, ἀμύρηγγον, amurcam: legi debet, ἀμύρηγγον, idest amurcam. \*

Quod etiam legitur, Fecem olei: Graece est, η καρδανη το ελαιον.

## APHORISMVS XLVII

**D**olores oculorum post meri potionem, & aquæ calidæ balneum, uenæ sectione curato.

## BRASAVOLVS

**H**VNC aphorismum libro sexto exakte interpretati sumus; erat autem illius libri tri gesimus primus. Hic uero solum ab illo differt, quia illo quinque dolorum oculorum praesidia disiunctum ponit. Hic uero tria simul coiungit, inquiens, dolores oculorum uenæ sectione curari post meri potionem, & aquæ calidæ balneum; ac si uelut merum potandū esse, & corpus balneū ingrediendū, deinde uenam secundam. Galenus tamen casum aliquem inuenire nescit, in quo haec uenæ sectionē præcedere debeat. Scito autem casus quosdā inueniri, in quibus haec tria coenient, sed à uenæ sectione initio sumere oportet; non à uini potu

potu & à balneo incipiendum, deinde ad uenæ sectionem progrediendum. propter hæc Galenus existimat, hunc aphorismū adiectum esse, & ab Hippocrate non factum. Philotheusq; dicit, οὐτοῦ ὁ ἀφορισμὸς ἄργενος ἀνωτέρω, οὐδὲ οὐδεὶς δύοια, εἰσὶ παραγόντεις τοις ὅφεστοις, οὐχ ἵπποκρατονες. idest, Hic aphorismus superioris dictus est. sciendum uero, quod quieunq; similes, ab alijs, & non ab Hippocrate interserti sunt, & additij.

ἔφελυσθεὶς οὐδεῖς, idest, Oculorum dolores.] qui ex repletione totius facti sint.  
ἄργενος παντας, καὶ λευκός πολλῷ θρυψθεών, idest, Post meri potionem, & aquæ calide balneum, uenæ sectione curato. ] Aphorismus uerus est, si disiunctum intelligatur, & non copulatum; uel sit copulatum diuisium, ut recentes dialectici dicunt.

## G A L E N V S

**H**IC APHORISMVS mihi uidetur ex his unus esse, qui fuere interiecti, nō conuentient uni ex illis qui antea scripti fuerūt, huic scilicet: dolorem oculorum meri potio, balneum, uel fomentum, uel uenæ sectio, aut medicamentum soluit. Hunc itaq; aphorismum in sexto exposui Commentario, ostensis dispositionibus in quibus operat singula ad usum afferre remedia. Propositus uero aphorismus in una uult dispositione tribus uti remedij. Si quis igitur nos sciat docere dispositionem, in qua tria hæc remedia conueniant, ei habebimus gratias. Quousque uero exposuerint aphorismum quasi legitimū: nos uero non docuerint quæ nam sī dispositio, eorum expositionibus nullam præstabimus fidem, & si parum sit probabile. Quæ igitur dicūt, qui omnino aliquid conantur dicere, sunt huiuscemodi, In quibus crassum est id quod superabundat, atq; ideo euacuatione indiger, melius putant fundere prius, deinde se care uenam. Fusile autem fiet si ægri uinum biberint, & se balneauerint. Qui uero hæc aiunt, quod nunquam experientia nouerint, illa quæ dicunt, sciuunt in artis operibus exercitati. Neque enim uinum neq; balneum tolerat plethora dispositio, absq; maximo detimento. Utrum hæc auxilia sunt sanguinis crassi in aliqua parte compacti, sine totius corporis repletione. Sic igitur Asclepiades utitur uino post totius corporis euacuationem pro remedio extentionum. Si uero adsit in toto corpore plenitudo, prius disrumpetur oculorum tunicae inter bibendum atq; lauandum. Quare si absq; multitudine dolor fiat, propter obstructionē ac compactionem crassi sanguinis, recte quidem lauabunt, & uinum dabunt, non recte autem secabunt uenam. Si uero multitudo fuerit, recte quidem uenæ utentur sectione, non recte autem lauabunt, & uinum dabunt.

## B R A S A V O L V S

**P**RIMO Galenus docet, hunc aphorismū sibi uideri unum ex illis qui prius adscripti fuere: & re uera ita est: tamen uni ex illis non consentit, qui antea scripti sunt, scilicet trigeminoprimo sexti libri, qui dicit: dolorem oculorum meri potio, balneum, uel fomentum, uel uenæ sectio, uel medicamentum soluit: quem ipse exposuit in sexto libro dispositiones ostendens, in quibus singula remedia afferre solet, sed præsens aphorismus in uno casu uult tria afferre remedia.

Quod legitur, Hic aphorismus mihi uidetur ex ijs unus esse qui fuere interiecti. nos potius legeremus, adscripti, nam Græce habetur, οὐ παραγέγενεισθε.

**S**E C V N D O Galenus aperte fatetur, se nescire hunc aphorismū in rectum sensum ducere. Propterea si quis sit, qui uelut edocere Galenum dispositionem, in qua hæc tria remedia simul conueniant: & per hunc ordinem, ut potus uini & balneum præcedant, ipse huic gratias habebit: quia ipse Galenus excogitans casum aliquem inuenire non potuit. At illis expositoribus qui hunc aphorismum ac si legitimū sit, exponunt: non præstabimus fidem corum expositionibus, prius quam ostenderint dispositionē in qua hæc conueniant præsidia, per ordinem enumeratum.

Illa particula, Et si parum sit probabile: ponit non debet post illam, Eorum expositionibus nullam præstabimus fidem: sed post illam, Quæ igitur dicūt qui omnino aliquid conantur dicere. Postea sequi debet, Et si mediocrem habeat probabilitatem. Postea sequatur, Sunt huiuscemodi. Nam Græcus contextus ita habet, ἐπειγόντων οἱ διαιταὶ χρείας ταῦτα εἰπεῖν τὰ διαιταὶ ταῦτα παῖδες παῖδες ταῦτα. Et si modice sint probabilia.

Quod

Quod etiam legitur, Quousq; uero exposuerint aphorismum: lege, exposuerint quidem aphorismum.

TER T I O docet, illa quæ dicuntur ab his qui aliquid dicere conantur, quatuor mediocrem habeant probabilitatem, hæc sunt: illi quando habent sanguinem crassum, qui euacuari debeat, primo debet fundi & eliquari, postea uena secari debet. Funditur autem si ægri uinum biberint, & se balneauerint.

Quod legitur, In quibus crassum est id quod superabundat. Græce est, ἐφ ὅν ἀκματη  
χν τὸ πλεονάχου θεῖ, σῆς τῶν λεγάστων χρήσου. idest, In quibus crassus est sanguis is qui superabundat, atq; ideo euacuatione indiget.

Vbi statim sequitur, Melius putant fundere prius: hic addi debet particula, ipsum. Græce enim legitur, ἀμενην νομίζοις χειρός πρότροπον αὐτόν. idest, Melius putant fundere prius ipsum.

Quod etiam legitur, Fusile autem fiet si ægri uinum biberint: legi debet, merum, non uinum, nam Græce habetur, τὸ ἄκρατον.

Q V A R T O docet, exercitatos in operibus artis, ea scire quæ illi qui hæc dicunt nunquam experientia nouere, nam dispositio plethorica, neq; uinum, neq; balneum tolerat, sine magno detimento. unde hæc sunt præsidia crassi sanguinis in aliqua parte compacti, sine totius corporis plenitudine: propterea Asclepiades pro remedio tentiorum post totius corporis euacuationē, uino utitur. At si in toto corpore plenitudo sit, prius oculorum tunicae disruptur inter bibendum, atque lauandum, quam ad uenæ sectionem perueniat.

Vbi legitur, Quod nunquam experientia nouerint illa quæ dicunt, addi debet hæc particula, exacte, nam & in Græco codice adest hæc particula, ἀκειβᾶς.

Deniq; Galenus infert: si dolor sit absq; plenitudine, sed solum ob obstructionem & compactionem sanguinis crassi, in hoc casu lauare conueniet, & uinum bibere, uenam autem secare non conuenit. At si multitudo adfuerit, recte uenæ sectione utentur, non recte autem lauabunt, nec recte uinum dabunt.

#### APHORISMVS XLVII

**A**qua inter cutem laborans, si à tuſſi habeatur, desperatus est.

#### BRASAVOLVS

IN S E X T O Aphorismorum libro, aphorismo trigesimoquinto scriptū est: aqua intercute laborantibus, tuſſis superueniens malum: in quo loco Hippocrates de superueniente tuſſe loquebatur, & non de illa quæ prius adfuerit, dicebatq; malum esse. At in hoc loco istum præter spem ponit, in quo nulla sit salus: Celso etiam libro secundo capite octavo de aqua intercute dicente, & que in ea quoq; tuſſis spem tollit, & hoc potissimum, si tuſſis ab aqua intercute proueniat, quæ adeo impleuerit, ut usque ad septum transuersum comprimat.

ὑδρωποντικα. idest, Aqua intercute laborans. ] scilicet priusquam tuſſum incidat.  
τὸ βρέθειν. idest, Si à tuſſi habeatur. ] Quæ ratione aquæ intercutis superueniat.  
αἰτητικογνιτα. idest, Desperatus est. ] Tamen noster antiquus codex in lectione prima habet, κακόν, idest malum. Quicquid autem dicitur, nihil refert, uel malum, uel desperatus est.

#### GALENVS

**E**T H O C prius dictum est ab ipso in hoc aphorismo, Aqua intercutem laborantis bus si tuſſis superueniat, malum.

#### BRASAVOLVS

GALENVS Hunc aphorismum silentio præterit, lectorum ad trigesimumquintum sexti libri aphorismū remittēs, cuius expositio etiam est præsentis aphorismi expositio-

APHO

## APHORISMVS XLIX

**V**RINÆ STILICIDIIUM, & MINGENDI DIFFICULTATEM, UINI POTIO, & UENÆ SECTIO SOLUIT: INCIDERE AUTEM INTERIORES.

## BRASAVOLVS

DE VRINÆ DIFFICULTATE IN SEXTO LIBRO APHORISMUM HABUIMUS, QUI EST TRIGESIMUS FESTUS IN ORDINE, IN QUO ILLAM SANAT UENÆ SECTIONE & UENÆ INTERIORIS. HIC UERO NON SOLUM URINÆ DIFFICULTATEM, SED & URINÆ STILICIDIIUM PER UINI POTIONEM, & PER UENÆ SECTIONEM SOLUIT: IN HOCZ LOCO INTERIORES UENAS SECAT.

Στραγγούειων, idest urinæ stilicidium.] DE QUO IN TERTIO LIBRO UBERTIM EGIMUS. EST QUUM URINA PER STILLAS EMITTUR.

καὶ οὐσούειων, idest & urinæ difficultatem.] DE QUO IN EODUM TERTIO DIFFERUIMUS. EST AUTEM HÆC PASSIO, QUOTIES HOMO CUM DOLORE MÍNGIT.

Θάρρης καὶ φλεβοποιίη λύτη, idest, Vini potio & uenæ sectio soluit.] Sunt duo præsidia que conueniunt difficultati urinæ & stilicidio per diuersas causas. Etenim urinæ stilicidium ex urinæ acritudine fit, & ex potentia contentiæ imbecillitate, quæ potissimum fit ob frigidam intemperiem, & huic uinum succurrit. Vrinæ difficultas si ex potentia imbecillitate fiat, uel ob tumorem præter naturam, quum hæc à frigiditate magna ex parte proueniant, ideo à uini potionē sanabuntur, imo & si inflammatio contingat ob crassioris sanguinis obstructionem, & quæ sit citra multitudinem, hæc etiam uino sanatur. At si inflammatio sit ex multitudine, uenæ sectione sanatur. Vnde & à Philotheo hic dicitur, στραγγεῖον τὸν φλεμονῶν ὄντος γὰρ τὴν λύτην, ἢ σῆρις πλῆθος ὑγροῦ πεπλένουσαν τὸν διώγμαν αὐτῆς, ἡ φλεβοποιίη λύτη, τὸ λεγοῦν τὸν γονοποιὸν ὄντως, πάλιν γάρ τὸν ἔστιν θερμόν ἢ ιγνώρην ἢ σφρόδυτόν μεν φλεβαῖς. Μυονεῖων δὲ τὸν διεκφεγμένην φυτοσθέλμην πνευματων τὸν γλισχρῷ χρυσῷ ή θάρρης, ἡ γαρ οὖν θερμότης ἡ σπρετός ὁσφρός αἰναλύει καὶ μαρφορά αὐτά. idest, Vrinæ stilicidium inflammationem in uesica existentem, uel ob humidí multitudinem ipsius uini dissoluentem, sectio uenæ soluit, materiam facientem morbum euacuans. Sed opus est interiores poplitum uel talorum uenas incidere. Vrinæ uero difficultatem per obstruktionem flatuosorū spirituum ex humoribus glutinosis, uini potio. (scilicet soluit) nent per uinum merum, ut calidum, dissoluit & discutit ipsas.

Τέμνει δὲ τὰς εἴσω. idest, Incidere autem interiores.] DE QUIBUS SEXTO LIBRO EGIMUS, & INTELLEXIMUS UENAS. INFERIORES, QUE IN PEDIBUS SINT QUÆ CUNQ; : Tamen quæ interiores sunt, MAIORĒ HABENT AD UESICAM RESTITUDINEM: quis ab eodem trunco & alia deriuetur,

## GALENVS

**Q**UOD quidem urinæ stilicidium significet urinæ stillatim expressionem, nomen ipsum ostendit. Mingendi autem difficultas potest & quæ cum dolore fit, mictio dici: potest autem & quæ cum difficultate aliqua, adeo quod uix uesica operetur. Vrinæ autem stilicidium ipsius urinæ acritudine facit, & potentia retentiva in uesica imbecillitas, quæ ob intemperaturam fit, præsertim frigidam. Vrinæ uero difficultatem, siquidem cum dolore fuerit inflammatio, & abscessus, & ulceratio, & inæqualis intemperatura, & spiritus flatuosus. Si uero motus difficultis aliquis, uel potentia imbecillitas, uel tumor contra naturam, ex omnibus hisce dispositionibus, Frigiditatem quidem uini potio soluit: hoc est uel simpliciter uini potio, uel meracioris, & quidem talem inflammationem quæ propter obstructionem sanguinis crassioris citra multitudinem facta fuit. Illam uero quæ cum multitudine fit inflammationem, adhuc autem & aliam quæ sine defectu est, & cum potentia rubore, uenæ sectio sanat. De eo autem quod dicitur, Incidere uenás interiores: dictum est à me & in libro præcedente, in quo hunc aphorismum exposui. Vrinæ stilicidium uenæ sectio soluit, incidere autem interiores.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus ostendit στραγγούειων, idest urinæ stilicidium, significare τὸν γένιον στραγγα τὸν οὐρανὸν ἀπόκεντρον. idest, urinæ per stillas excretionē: non expressionem, ut Leo nicenus uerit. hoc uero ostendit ex ipso nomine, quod erat γένιον στραγγα, idest per guttas.

**S E C V N D O** docet, οὐρονείλω, idest urinæ difficultatē, quandoq; mictionem illam significare, quæ cum dolore est; quādoq; illam, quæ est cum difficultatē aliqua, adeo ut uix uesica operetur.

**T E R T I O** docet, urinæ stolidum fieri ab urinæ acritudine, & à uis retentuæ quæ in uesica est imbecillitate, quæ fit ob intemperaturam, & potissimum frigidam.

**Q U A R T O** docet, urinæ difficultatem cum dolore fieri, aut ab inflammatione, aut ab abscessu, aut ab ulceratione, aut ab inaequali intemperie, aut à spiritu flatuolo.

**Q U I N T O** docet, si fiat urinæ difficultas ob motū difficilem, ita ut uix uesica operetur, uel ob potentia imbecillitatem, uel ob tumorem præter naturam: quum hæc omnia uideantur à frigiditate fieri, uini potionē soluentur, uel uini simpliciter, uel uini meracioris: imò etiam talis inflammatione, quæ ob crassioris sanguinis obstructionem citra multitudinem facta est, potu uini sanatur.

Quod legitur, Et quidem talem inflammationē: legi debet, Et quidem talem etiam inflammationem. Græce enim est, καὶ μὲν τι καὶ τὸ ποιῶντα φλεγμονή.

**S E X T O** docet, urinæ difficultatem cum inflammatione & multitudine, & illam quæ sine defectu est, & cum potentia robore, uenæ sectione sanari.

**S E P T I M O** docet, se exposuisse hanc particulam, Secare uero interiores, in praeciente libro, ubi illum aphorismum exponebat, Vrinæ difficultatem uenæ sectio soluit, incidere autem interiores.

Quod legitur, Vrinæ stolidum: in nostro antiquo codice legitur, σπαρηνοείλω. in Aldino uero habetur οὐρονείλω, idest urinæ difficultatē: quod magis probo: nam aphorismus trigesimus sextus libri sexti, quem refert, de urinæ difficultate pertractabat.

#### APHORISMVS L

**A** B angina habitō, tumor & rubor in pectore superueniens, bonum: ex-  
trā enim uertitur morbus.

#### BRASAVOLVS

**H I C** aphorismus à trigesimo septimo sexti libri parum differt: etenim hoc loco ad-  
dit extra enim uertitur morbus, quod nō erat in illo. In illo uero dicitur si tumor in col-  
lo fiat. Hic autem dicit in pectore, & Hippocrates sensum facit, si quis anginam patia-  
tur, quæ est peracutus morbus, & in parte extrinseca pectoris tumor & ruborappa-  
reant, bonum est, nam significatur, morbus qui erat intus in periculo loco extra ad  
circumferentiam tertii bonum uero est ob uniuersale theorema, quod est, omnem ma-  
teriam quæ mouetur à parte principali ad minus principalem, ab intrinseca ad extrin-  
secam, semper bonum portendere. propterea Philotheus hic dicit, ἔγραψεν οὐρανοῖς λο-  
γοῖς εἰς ἄκυρου μόσχου μετωπίχθον, i. Causa dicitur à principali ad ignobilē partē transferri.

Αβ λευκωχχης ἐχειλίω. idest, Ab angina habitō, ] qua cynanche appellatur, nam ta-  
lis inter anginæ species pessima est, qua qui affecti sunt, caninam uocem emittunt. hic  
intelligi non potest, quod hæc particula, habitō, de longo tempore intelligatur, quia est  
morbus percutitus, sed intelligitur de morbi intensione.

Οἰδημα, καὶ εργάθημα ἢ τοῦ σύδει τῶν γραφέντων ἀγαθόν. idest, Tumor, & rubor in pectore  
superueniens, bonum. ] Vel in pectore sit, uel in collo, nihil refert. Pectus autē est pars  
superior sub iugulo, quamuis pro toto quādoq; accipiatur. tamen quomodo cunctū sit,  
& ad quamcunq; partē exteriorem materia uertatur, bonū est, quia ad ignobiliores par-  
tes, & ad illas quæ offendere non possunt, mutatur, propterea Hippocrates ipse addit,

Ἐστι γοργοπτερα τὸ νίκημα. idest, Extrā enim uertitur morbus. ] Hæc particula in mul-  
tis codicibus posita non est, quam Galenus addendum iubet, ut ab illo sexti libri diffe-  
rat, quidam enim hanc particulam in hoc addidere, extrā enim uertitur morbus.

## G A L E N V S

**E**T H I C aphorismus antea dictus est per hæc uerba, Ab angina habito tumorem fieri in parte colli anteriore, bonum. Exposui uero in quarto horum Commentariorum. Hic igitur uidetur fuisse interiectus uolente aliquo adiungere; extrâ enim conuertitur morbus.

## B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, hunc aphorismum fuisse antea dictum per hæc uerba, Ab angina habito tumorem fieri in parte colli anteriore, bonum. & ipsum exposuit in quarto Commentariorum. Omnes Graeci codices dicunt, ὡς πταρτω, idest in quarto: tamen legi debet. In sexto: nam est trigesimus septimus aphorismus libri sexti.

S E C U N D O suspicatur aliquem interponere uoluisse hunc aphorismum, ut adderet hanc particulam, extrâ enim uertitur morbus. Ex hoc igitur colligi potest, hanc partculam, extrâ enim uertitur morbus, in aphorismo sexti libri non esse ponendam. Non defunt tamen antiqui codices, qui hic non ponunt hanc particulam, nec istam secundam Commentationis partem.

**Q** Vibus cerebrum sphacelatum (idest corruptum) est, in tribus diebus pereunt. Si uero hos euaserint, sani fiunt.

## B R A S A V O L V S

H V I S aphorismi sensus est, qui cerebrum habent corruptum, cum sit nostri corporis principalissima pars, cū qua non potest stare corruptio, in tribus diebus pereunt. Si uero diem tertium effugiant, sani fiunt. nam uis robusta est, & apta morbum superare, si hos dies pertransire poterit.

ὅποινι τὸ σφακελιδῶν δὲ ἐγκέφαλο. idest, Quibus cerebrum sphacelatum est. ] Hoc est in principio corruptionis secundum Galenum. imo & Philotheus dicit, σφακελισμῷ γίνεσθαι ἀκουσίον τὸν αὐχειτίαν νομῆν καὶ σῆψιν. οἷς οὐδὲ δὲ ἐγκέφαλο σφακελιδῶν, πυρέσι νομῆν καὶ σῆψιν αργεῖται λέγεται. idest, Sphacelatum hic audiēdum hulcus depascens incipiens, & corruptionem, quibus igitur cerebrum sphacelismo affectum est, hoc est, quod hulcus depascens & corruptionem suscipere incipiat, & (ut inquit Galenus) si principium cangrenæ & corruptionis.

ἡ τετοιψη μυριαστὸν ἀπόλωτον. idest, In tribus diebus pereunt. ] Nam & in tribus diebus corruptio perficitur, nec amplius spatium expectare potest principalissimum membra affectum, quale est cerebrum: Philotheo etiam hos perire dicente, οὐ τὸ πέθεο χελιπόν, καὶ τὸ μετονεύσαντον. idest, Ob molestam passionē, & principalissimā partem.

ηρ δὲ τάχις μαρφύσασθαι, ὑγιεῖσθαι γίνονται. idest, Si uero has effugerint, sani fiunt. ] Nam ostenditur uires robustas esse, & corruptionem iam superare. Idem Philotheus dicit, θαλαύπται γαρ ἔρων διωδειώσω, idest ostenditur enim potētia robur. imo cum in tribus diebus non occubuerit, euadat. Theodorus Gaza quod dicitur σφακελιδῶν, interpretatur, syderatum est, sed (meo quidem iudicio) decipitur. nam aliud est sphacelus, aliud syderatio. De cerebri syderatione Hippocrates libro secundo De morbis dicit, si cerebrum syderetur, dolor de uertice in occipitum, spinamq; tendit, cor algitat, sudatq; repente ualde, sanguen per nares fluit, plurimi uero, & uomunt, tribus hic diebus perit, qui si se ptem dies euadat (plurimi uero non euadunt) sanguenq; uomat, uel de naribus fluat, calida ne lauato, nec calida porrigit, sed acetum album dilutum potato. Si uero debilis esset, ptisanæ succum sorbet. ut hinc manifeste appareat, syderationem diuersam esse à sphacelo. Idem Hippocrates in principio tertij libri De morbis, dicit, si cerebrum syderetur, caput dolet, ceruix, spinaq;, nec audit, friget, totus tumet, repete mutescit, sanguis de naribus defluit, liuescit. At quid significaret apud antiquos nomen sphacelus, incertum ancepsq; est, cum & ipsi inter se longe dissiderent. Nos legimus apud Theophrastum & Plinius de sphacelo arborum morbo, & Galenus in secundo De locis affectis libro, capite secundo Archigenem reprehendere uolens, qui dixerit sphacelodes hemi-

cranias usorum dissectio intercipit, omnia significata huius uocabuli sphacelus refert, inquiens: nō enim inter omnes cōuenit, quid hæc uox sphacelos, significet. Sunt enim qui dicunt ipsam uehementem dolorem declarare. Alij tantum inflammationis excessum, ut partem ad corruptionis periculum inducat, quæ dispositio à nonnullis cangrena appellatur. alijs partis affectæ corruptionem ipsam sphacelon dici uolunt, alijs conuulsio nem. Nonnulli non iam factam conuulsionem, sed eam quæ neruosorum corporum inflammationi superuerent, alijs simpliciter fortē tentionem. alijs putredinem. Hæc Galenus, ex quibus uerbis cognoscere potes, quantum esset uarium apud antiquos uocabulum sphacelus, in præsentiarum uero à Galeno intelligitur principiū corruptionis. Ad aphorismi uero sentētiā redeentes, nos multos uidimus, qui cerebrum sphacelatum in Galeni sensu habebant, tamen nonnulli peruenere ad .xiiij. diem antequām morerentur, alijs ad septimum, alijs ad decimum, & non sunt restituti sanitati, & horum caluarias aperientes, totum cerebrum penitus sphacelatum, idest corruptum inuenimus. Hoc mihi uidere contigit, proh dolor immensus & infanda res, in magnifico atq; illuftri Alphonso Contrario comite nobilissimo, hic sexto die à sphacelismo obiit. Cum Galeno igitur in generē dicimus, cerebrum corruptum habentes nullo modo posse superuiri, re, imò breui moriuntur, non tamen in tribus diebus. nam uirum quendam robustum uidimus, qui usq; ad decimū quartum diem peruenit, is Baptista nūcupabatur, qui magnifico Ioāni Petro Obicio erat à cubiculo, & si petas quo nam modo cognosci potuit iam cœpisse corruptionem. Respondemus, ex uehemētissimo dolore, quem patiebatur æger, tunc putamus sphacelum & corruptionem cœpisse, quarta die effectus est attonitus, octaua die omnes sensus amisiit, decimoquarto die obiit, huic ablata caluaria, totum cerebrum corruptū inuenimus. propterea non putamus uerum esse aphorismum, si ita simpliciter exponatur, ut dictum est, & Galenus intelligit, nam tres dies pertransiunt, & quatuor, & decem. Hippocrates forte neminem uidit, sed ratione principalitatis membris, id conjectatus est. imò cum sint uariæ naturæ, quia aliqui robustiores, alijs imbecilliores sunt, propterea aliqui citius, alijs tardius ex sphacelo moriuntur; arbitramurq; Galenū hos casus non uidisse, aliter illos ad hoc propositum retulisset, sicuti alibi facit, ubi etiam casus refert, qui sunt minoris momenti, quam prædicti. Forte hic sensus, quem nunc adducemus, aphorismo conuenire poterit: qui cerebrum sphacelatum, idest perfecte corruptum habent, in tribus diebus pereunt, idest in hoc spatio, nam & in duobus, & in uno perire possunt. Si uero hos effugiant, sanū fiunt, nam cerebrum non est sphacelatum: etenim si sphacelatum fuisset, in tribus diebus periret. & ideo necessario pereunt in trium dierum spatio, qui cerebrum sphacelatum, idest integre corruptum habent. At hoc trium dierum spatiū effugere, nil aliud est, quam ostendere cerebrum non esse sphacelatum, propterea non moriuntur, sed pristinæ sanitati restituuntur, quoniam cerebrum corruptum non est.

## GALENUS

**S**PHACELARE ossa sœpius dixit in libro De articulis, pro corrumpere utens eo uerbo. Hic uero non contingit cerebri audire corruptionem, cum adiectum sit. Si uero has effugerint sani fiunt. Si enim sphacelus est corruptio substantiae uniuscū usq; partis quæ sphacelari dicitur, non contingit hunc qui ita ægrotet persanari. Ne forte igitur aliquando abutantur hoc uerbo ad significandū huius dispositionis inceptionem, cum nondum completa est. Talia enim quædam etiam carnosæ partibus in gangrenis accident, passione ob magnitudinem inflammationis insensibilitatem quādam, atq; nigritudinem, aut omnino morticinum colorem afferente parti patienti, dicētibus autem nobis illos qui in passionem incident, ad gangrenam ire. Sicuti igitur gangrenam iam ita completam, ut pars sit intermortua, sanare est impossibile, dum uero adhuc fit, possibile est, sic & sphacelum: & quidem carnosæ partis morticinum quæ prouenit ex magnitudine inflammationis, quam proprie medici gangrenam nominant. Hanc etiam Græci sphacelum appellabāt, sic igitur mihi uidetur & Herodotus dixisse, coxam Cambylis sphacelari, sed & cerebrum ita quispiam diceret sphacelari tantummodo, & quidem propter quod uelox sit in ipso mors, manifestum, tanquam passione partis principalissimæ grauissima existente. Quod si ægrī mors in tribus primis diebus non anticipauerit, sed ad diem

ad diem quartum peruerterit æger, sperandum est morbum declinare, & uires esse fortes, ita quod ipsum omnino peruincunt.

## B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, Hippocrate in libro De articulis, sæpius dixisse σφακελινόν, idest sphacelare ossa, pro corrumpere. In hoc autem loco cerebri corruptionem intelligere non possumus, quâd dictum est: si uero hos effugerint, sanî fiunt. Nam si sphacelus corruptionē significaret, impossibile esset eum qui sphacelatum, idest corruptum cerebrum haberet, posse sanari; unde uel effugiat, uel nō effugiat tres dies, omnino peribit, quando cerebrum corruptum fuerit.

Quod legitur, In libro De articulis: Græce est, ὡς τὸ πολὺ ἀγαθὸν τὸν αὐτὸν. idest, in libro De fracturis & articulis. Sunt uero duo libelli, alter De fracturis, alter De articulis.

S E C U N D O docet, quandoq; idem nomen dici de dispositione incipiente, quamvis nondum sit completa.

Tota hæc pars, Ne forte igitur aliquando abutantur hoc uerbo ad significandum huius dispositionis inceptionem, cum nondum completa est. Græce ita habetur, μὴ ποτὲ ἐν φύσει τὸ τετραχόλιον φέρων τένους, τὸν δὲ ἀρχούσιον μὲν εὐπίστημα τῷ σφεδίσει; μηδὲ τὸ δὲ ανεβός ἔχοντα μέτρον εἰστι πληρωθέσι. idest (si ad uerbum referre tentemus) Non quidem igitur interdum sic abutentes dicunt nomen etiam de incipiētibus quidem incidere in eam affectionem, nondum autem exacte eam completam habentibus.

T E R T I O Galenus docet, in cancrenis idem contingere in carnosis partibus, passione ob magnitudinem inflammationis, insensibilitatem afferente, atq; nigritionem, uel omnino colorem, qualem habent morticinia parti patienti. unde nos dicimus, illos qui in passionem incident, ire ad cancrenā. & ideo sicuti impossibile est sanare cancrenā in qua pars sit præmortua, ita impossibile est sanare cerebri sphacelū in quo corruptum sit cerebrū. At dum fit cæcrena, sanari potest: eodē modo dum fit sphacelus, sanari poterit.

Q U A R T O docet, quod partis carnosæ dispositio, quæ ex inflammationis magnitudine prouenit, quam proprie medici cancrenam uocant, hanc eandem Græci appellant sphacelum, in quo casu Herodotus dixit, coxam Cambylis sphacelari.

Vbi legitur, Dicentibus autem nobis illos qui in passionem incident: in nostro antiquo codice sunt duas lectiones: una, quā habuit Leonicenus λεγομένην, τὸν αὐτὸν εὐπίστημα τῷ σφεδίσει. Altera lectio est illa, quam etiam in Aldino codice inuenire poteris, scilicet λεγόμενη τὸν αὐτὸν εὐπίστημα τῷ σφεδίσει. idest, Dicimus autem illos qui in passionem incidere incipiunt.

Quod legitur, Morticinium: Græce est, νεκρωσίη. In alijs codicibus legitur Dispositionem. Si legamus Morticinū, relatiū quod sequitur debet esse Quod, & non Quæ.

Q U I N T O notat, aliquos dicere posse, ob quid in his fit adeo festina mors: quia nō transeunt spatium trium dierum. Respondet id fieri, quia est passio principalissimæ partis, & etiam est passio grauissima.

Quod legitur, Grauissima existente: legi debet, Et grauissima existente.

Deniq; docet, si in primis tribus diebus mors non anticipauerit, sed æger ad quartū diem perueriat, sperandum esse morbum declinare, & uires esse robustas, quæ morbum omnino peruincunt. uel intellige, ut superius fecimus, non adesse corruptionem, quando in tribus diebus non pereunt: intelligeq; perfectam. nam cum aliqua corruptione aliquos uidimus usq; ad quatuordecim dies superiuere: uel sorte erat corrupti humores, & nondum substantia cerebri erat affecta; cum uero substantia cerebri corrupta sit, tres dies pertransire non possint.

## A P H O R I S M V S L I I

S T rumentum fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo quod in capite inani. Aer enim intus contentus extrâ erumpit. Sonat autem, quoniam per angustum ipsi est exitus.

## B R A S A V O L V S

G A L E N V S in tertio libro De symptomatum causis, quum de tussi uerba fecerit,

Aa 2 addit

addit, Atq; huius generis est sternutamentum quoq; expellendo ea quæ in naribus relictæ fuerunt, quæ & ipsæ, ut respirationis meatus essent, à natura inuentæ sunt: quippe spiritus uehementer admodum motus meatus ipsarum expurgat, tibicinum exemplo, tibias fistulasq; purgantium. Infertq; alibi, esse præter naturā, & ualidorem quām tussis habere spiritus impetum. Sed aliam habēt generationis suæ causam, quippe non ob ea quæ asperis arterijs, sed naribus molesta sunt, spiritus uiolenter emittitur, cum quo ex prioribus quoq; cerebri uestriculis nonnihil emitti solet, proinde tussis capitū nihil conducit. Sternutamēta uero, nisi ob desillationem euenerint, haud mediocre præsidium afferunt capitū uaporibus oppleto. Necq; mirum uideri debet spiritum unico impetu, & ex pulmone, & ex capite mitti, etenim in tractatu De musculis indicauimus, cerebrum thoraci principium motionis transmittere, à thorace uero distingui, contrahiç pulmones. Quum igitur insurgit, ut ea quæ nares infestat, expellat, utroq; utitur expirationis meatu, altero quidem quem ipsum per se fecit, altero uero neruis, ueluti longis quibusdam manibus, in thoracem demissis, per hos enim illum contrahit, per ossa uero, quæ à percolandi officio ethmoida uocantur, ipsum uaporantem emittit spiritum. Hæc Gale nus de sternutamento quinto De symptomatum causis libro. Hic uero ab Hippocrate dicit fieri ex capite calefacto cerebro, aut humectato, eo quod in capite inanis ob calorem enim humiditas efficitur flatus, qui intus contenus extra erumpit, per quandam excussionem naturæ ad expellendum superflua: in hac autem expulsione sonat, & id facit, quia exitus huius flatus per angustum fit, & quasi per tibiam.

*Πλαπος γινεται εν τη λεφαλη. idest, Sternutamentum fit ex capite.]* Hic ab Hippocrate locus notatur, in quo fit sternutamentum, potest uero sternutamentum multis ex causis fieri. si quis intra nares pennas, aut festucas posuerit, sternutat, hoc fit, quoniam ex hac re pungente musculi illi narium ad concussionem, & expulsionem stimulantur. fit etiam sternutamentum, quando cum tussi spiritus deorsum ueniens ad naris meatus pertingit, fit & sternutamentum à natura, ea superflua quæ in capite sunt, expellere uolente, & de hoc solo est hic Hippocrati sermo. Nam & irritantur sternutamenta ex pipe re, castoreo, sinapi, sed forte hæc sunt calefacto cerebro, quandoq; in febris adeo infestant, ut nec clarium sit ope medica uti. Paulus librō secundo capite quadragesimo, nono horum sternutamentorum curationem ponit.

*Διαθρυσανομείον τῷ οὐ καλάντῳ, ἀντιρρυνομένον τῷ φύτῃ λεφαλῇ λεγεῖ. idest, Calefacto cerebro, uel humectato eo quod in capite inane est.]* Ut duas hic sternutamenti causas afflignare videatur. una est caliditas, quæ uel fit ob solem, nam multos uidemus ob solem sternutare, & hoc esse omnium proprium quando solem inspiciunt, & radj nares ingrediatur, sternutare. Aristoteles de hac re problema facit libro uigesimo problemate quadragesimo septimo, inquiens, Quam ob causam qui solem aspexerint, sternutare magis consueuerunt. Respondebat, an quia sol calefaciens mouet, perinde atq; qui nares pennæ sollicitant. Idem enim utriq; agunt, quippe qui per motum calefacentes oculis spiritum ex humore eliciant, cuius excursio spiritus sternutatio est. & quod calor sternutamentū faciat, ex quadragesimo sexto problemate eiusdem libri colligi potest, ubi dubitat, Cur si quis sternutaturus oculum perfriauerit, minus sternutet. Respondebat, an propterea q; sternutamentum, à quodam excitatur calor frictio autem calorem cire potest. Qui calor quoniam locus, quo sternutamus, oculis in propinquio est, alterum sternuendi calor rem tollit, quicadmodum minor ignis ab ampliori emarcescit atq; absimitur. & in problemate quadragesimo octavo dubitat, cur sternutamentū nobis uigilatibus fiat, non aut dormientibus respondet, an quia fieri sternutamentum non potest, nisi à calore, qui partem eam commoueat, qua effici solet: ex quo faciem soli obijcimus cum sternuere placet, dormientibus autem calor intus circūoblit. quamobrem imæ dormītūm partes calidiores redduntur, spiritusq; abundat: quæ quidem res causam etiam habet, cur genitura in somnis præ libidine profluat; merito igitur dormientes non sternutamus: ex quibus certe habetur, sternutamentū calefacto cerebro fieri. imò quærens eodem loco cursingultus sternutamento desistere possit, causam reddit ex caliditate. Sed quid opus est uerbis: experientia ostendit ea esse calida, quæ sternutamēta mouent, ut piper, castoreū, euphorbium; nam ex hac caliditate humores qui in cerebro continentur, præsertim hu-

mid, rarescunt, & in flatus uertitur, quos deinde uis expultrix impetuose mouet, itaq; expellit: & cum per arcas uias transeat humc sonum facit, qui sternutamentum uocatur: hæc est una sternutamēti causa scilicet cerebri caliditas, uel ex naturali calore intus uigorato, uel ex extrinseca re calefaciente, Alia causa est humectato eo quod inane est, idest capite humiditate pleno, per inane uero intellige aut cerebri uētriculos, aut totam caluariæ cauitatem, quæ miringas & cerebrum continet, quam uacuum nūcupet: non quidem in qua nihil sit, sed in qua non sint ossa, nam re uera in quacunq; capitis parte humiditas fuerit, caliditate agente, necessario in spiritus resoluīt, & à uis expultrice etim uehementia transmittuntur. Notaq; & si dictum sit hanc esse aliam causam scilicet humiditatē, tamen humiditas sola absq; caliditate id efficere non posset. Sternutamentum igitur & humid & calido indiget, qui humidum solum habet, his defluit per nares hu miditas sine sternutamento: nam caliditate indiget, ut experientia ostendit, quippe illa sternutamēta mouent, quæ calefaciunt & humiditatem cident, uel ea quæ calidos & humidos uapores emittunt. Erant apud antiquos in summo honore sternutamēta, adeo ut Aristoteles præcipito libro problemate quinquagesimo querat, cum sternutamētum pro numine habeatur, non tuſſis, neq; grauedo. & problemate quinquagesimo secundo amplius querit, cur eruptio cæterorum, ut flatus, ructus, sacra haudquaquam habentur, sternutamenti sacra habita est. Respondet, utrum quoniam tres partes nostræ corporis, caput, thorax, & aluus, flatusq; alii expiratio sit, ructus uentriculi, sternutamentum capitis, quæ pars sacra præcipue est, spiritum hinc exeuntem ut sacrum ueneramus, & adoramus. An quoniam spiritus omnis eruptio partes, quas modo dixi, melius se habere significat, cum enim minus excernere queunt, spiritus erumpens, leuat, & mitigat. Ergo sternutamētum quoq; bene caput ualere, pollegq; concoquere indicio est, cum etiam capitis calor humorē spiritum ue conuincit, tunc moueri sternutamētum solitum est. Quamobrē moribundos interdum sternutatorio excitamus, tanquam si hoc affici nequeant, spes nulla salutis sit, perinde igitur quasi bonæ indicium ualitudinis, partis optimæ atq; sacerrimæ sternutamentum adorant, beneq; ei augurantur, mīla taq; ab Aristotele de sternutamēto codem loco dicuntur, quæ hic afferre non est opus, fatis est, quod ex humiditate, atq; caliditate fiat, quæ in cerebro sunt, quando uis superflua expellere tentat, quæ & in ipso sunt, & in narium uia.

*τῶν ξερῶν γάρ ὁ ἄνης ὁ γνωστὸς τοιούτοις.* idest, Aer enim intus contentus, extra erumpit. ] At erumpit uis expultrice incitata expellente. Aer uero, uel iam adeſt, uel fit, nam est uapor quia ab humida materia fit ex uis naturalis caloris.

*νοφίας δέ.* idest, Sonat autem, ] Nunc Hippocrates rationem reddere uidetur illius sonitus, qui fit in sternutamento.

*ἐπὶ στοματικῷ πόνῳ οὐδὲν οὐδὲν.* idest, Quoniam per angustum ipsi est exitus, nam per hanc narium uiam, quæ angusta est ratione spiritus & humiditatis, cum impetu exire debet. Non est uero simpliciter angusta hæc uia, aliter Aristoteles ex huius uiae latitudine, cuiusdam problematis rationem non recte assignasset, etenim sectione uigilissima, problemate quinquagesimotertio, dubitat, cur homo omnium maxime animantium sternutare solitus est. Respondet, an quia foramina sui corporis obtinet latiora, per quæ spiritus interrupere potest. His enim spiritu impletis sternuimus; latiora autem esse indicium, quod omnium minime animantium homo olfactu ualeat, foramina quippe tenuiora sentiunt exquisitius. Quod latiores meatus plus humoris ac ſepiū ſubeat necesse est, quo in statu sternutamentum moueri ſoleat. Talesq; homo maxime animantium habet, merito ſepiissime sternuat, preſertim qui naribus breuifimis eſt. Sic enim humor concalefactus celerius effluere conuersus in spiritum potest. Cæteris uero præ longitudine narium, ante refrigeratur, quam effluat. Ex quibus apparet secundum Aristotelem meatus non esse angustos in homine, ſed latos. At tu intellige Hipp. quod arcti ſint ratione materiæ & flatus, quæ cum impetu & una uice ac comprehensim exire debet.

## GALenus

**T**ALES sermones duo significant, unum quidem in omni re proposita unitiſſaliter dictum, ueluti hoc in loco de sternutamentis, alterum particulatim, ueluti hic de sternutamentis ex cerebro factis. Primus igitur sermo talis erit, Omne sternutamen-

tum fit ex cerebro calefacto, uel humectato eo quod est in capite inani. Secundus uero. Sternutamentum ex capite eueniens fit cerebro calefacto, uel humectato capitis inani, quod uerius existit. Non enim omnis sternutatio fit calefacto cerebro, uel humectato in capite inani. Pennis igitur quidam nares irritantes sternutant. Sed & cum tussi spiritus desubter ueniens ad naris meatus, causa fit sternutamenti. Præterea opinari solum aerem qui ex capite excernitur esse quod sonat, est manifeste falsum, nam liquido apparet desubter ex pulmone elatus aer uniuersim se comprimente thorace; sed & antecedente inspiratione fieri sternutamentum, natura aggregante aeris copiam ad sternutamenti generationem, his quæ dicta sunt adstipulatur. Solum itaq; illud quod habet sua generationis principium naturam appetentem flatuosum spiritum ex capite excernere, hoc modo fit, quem docere aggreditur aphorismus, neq; forte hunc omnem: nam ait, humectato, superfluum est ad sternutamenti generationem. Si enim & aliquis humor in capite superabundat, non facit sternutamentum, nisi in uentum conuertatur: & hoc manifeste uidetur in multis, qui copiam humoris per nares excernunt, & tamen propterea non necessario sternutant. Soli enim illi sternutat, qui ita affecti sunt, quibus mordax est ea quæ à capite fluit humiditas, ceu si qd mordax naribus imponas: sicut enim tussis, casus quidam naturalis est ad expurgandas eas quæ sunt in pulmone asperas arterias, sic sternutamentum manifeste uidetur expurgare narium meatus. Duplici autem existente ipsa perforatione, lata quidem ad os, sed per meatus tenuiores ad cerebrum, quæ quidem est ad os perforatio, ab eo qui desubter spiritu effertur: qui uero ad cerebrum meatus pertingunt, ab illo qui ab ipso prodit, expurgantur. Et si diligenter aduerteris, uidebis sternutamenta, quæ ex capite motus habent initium, leuare caput. Fiunt enim, & rarefactis his qui sunt in capite humoribus, & naturæ impetu excretis. Rarefieri uero ipsi accidit concalcati. Calefiunt autem nativo calore excitato, ob cuius imbecillitatem prius erant superfluitates aggregatae. Cum igitur ait, Calefacto eo quod est in capite inani, maxime audiendum est, de eo quod est in uentriculis cerebri. adhuc autem & de illo quod ipsum ambit exterius: facile enim est & illi per cerebrum, primum quidem ad ipsos uentriculos, hinc uero subire ad nares. quia uero uniuersim excidit, sonum ædi, Hippocrates inquit, Est autem commune hoc, undecunq; uenerit, siue ex pulmone elatus, siue ex capite deorsum actus.

## BRASAVOLVS

**P R I M O** Galenus docet, tales sermones duo significare: unum uniuersaliter, aliud particulariter. Uniuersaliter, est in omni re proposita uniuersaliter quippiā loqui, ut in sternutamento hoc quod ab Hip. dicitur hoc modo, uniuersaliter intelligat. Omne sternutamentum fieri ex cerebro calefacto, uel humectato eo quod in capite inani. Particulariter uero hoc modo intelligitur. Non quidem omne sternutamentum, sed id sternutamentum quod ex capite euenit, fit cerebro calefacto, uel inani capitis parte humectata. Hic particularis sensus, uerus est: primus uero & uniuersalis non est uerus, quia omnis sternutatio non fit calefacto capite, uel humectato eo quod in capite inani: nam aliqui pennas aut festucas capiti admouentes sternutant, imo per se in his qui tussiunt spiritus ad nares tendit & incitat sternutamentum.

**S E C U N D O** docet, falsum esse putare aerem qui ex capite excernitur, eum esse qui sonat: nam si quis bene perpendat, is uidebit etiam concurrere aerem illum, qui desubter uenit à pulmone, & simul cum illo qui in capite est, & cum materia impetu facere.

**T E R T I O** illa confirmat quæ dicta sunt, per hoc quia quum sternutare uolumus, prius semper inspiramus, ut aeris copia cōgregemus, quā deinde cū impetu expellamus.

**Q V A R T O** docet, aphorismū solum in eo sternutamento intelligendum esse, quod à natura fit appetente ex capite flatuosum spiritum emittere: imo nec totus aphorismus est necessarius: nam quod inquit, humectato eo quod in capite inani, ad sternutamenti generationem superfluum est: quoniam humor etiam qui in capite est, sternutamentum non facit, nisi in flatum conuertatur. quod ex eo manifeste appareat: nam multos videamus, qui humoris copiam per nares excernunt, tamen per hoc non sternutant: unde capitis vacuum, humiditate plenū habent, tamen non sternutant: nam soli illi sternutant, quibus humiditas à capite descendens mordax est; uelut si aliquid mordax intra nares posueris

sueris. Et ideo sicuti tussis est naturale symptoma ad expurgandas alperas arterias, quæ in pulmone sunt, ita sternutamentum manifeste uidetur narium meatus expurgare.

Quod legitur, Nam ait humectato, legi debet, Nam quod ait humectato.

**Q**VINTO docet, esse duas perforationes, una lata, quæ est ad os, & alia stricta. Lata quæ ad os est ex spiritu qui desubter uenit, scilicet à pulmone expurgatur. Stricta uero uia, quæ ad cerebrum pertingit, ab illo flatu expurgatur, qui superius uenit, & in cerebro calefacto est excitatus. habemus nares latas extra, sed cum peruenit ad caput, strictiores sunt, & ita arcte in cerebrum tendunt. pars latior expurgatur ex spiritu ascenden te à pulmone, pars stricta à flatu in cerebro facta. Vnde si tu diligenter inspicere uolieris, uidebis sternutamenta, quæ à capite motum habent, capitis pondus leuare. nam sunt his humoribus calefactis qui in capite sunt, & naturæ impetu excretis. At contin git, quod ipsis calefactis rarefcant, calefiunt uero nativo calore excitato, ob cuius imbe cillitatem, prius erant superfluitates aggregate.

Quod legitur, Leuare caput, græce εἰς τὸ βαρύν τῆς λεγαλης, id est capitis grauitatem.

**S**EXTO docet, cum ab Hippocrate dicitur, calefacto eo quod est in capite inani, per inane id intellige, quod est in uentriculis cerebri: sed etiam de illo intellige, quod ipsum ambit exterius, nam facile est primum per cerebrum ad uentriculos peruenire, inde ad nares.

Deniq; dicit sonitum edere secundū Hippocratem, quia uniuersim excidit, & hoc commune est, undecunq; eueniens, uel ex pulmone elatus, uel ex capite deorsum actus.

**Q** Vicunq; hepar circundolent, his febris superueniens soluit dolorem.

## BRASAVOLVS

**Q**YI dolorem iecoris habet, & à tali causa, quæ à caloris augmento remoueri pos sit, febre superueniente liberantur, nam febrilis caliditas iecoris dolorem soluit, qui uel à flatu, uel ab aliqua pittuitosa materia, quæ in flatum conuertitur, fit.

**οὐγοτι ἡπαρ παθωδωίσσων.** i. Quicunq; iecur circundolent] Duas solū doloris iecoris causas hic refert Galenus, flatus & inflammatio, sed quia ob multa alia dolere potest, ut ex erysipelate, ex scirrhis, ex abscessibus, ex ulceribus, & ex obstructionibus, que omnia à Paulo libro tertio, capite quadragesimo sexto referuntur: propterea dicere oportet, duas solū causas à Galeno proponi ueluti generales, ad quas omnes alias deducere oporteat, nam ad inflammationē & erysipa & omne genus abscessus deducitur, ad flatus obstructionē. hic intellige, quod iecur circundolent ex flatu, & absq; febre, quod & fieri potest, & plerunq; fit, ex inflammatione uero & alijs absq; febre non fit.

**τετράστοι παθέσις απόγραψεν θελατίαν οὐλών,** id est lis febris superueniens soluit dolorem.] Quia febrilis calor aptus est flatus resoluere, & obstructiones aperire.

## GALENV S

**V**ERBVM Superueniens, indicio est quod prius cum circundolebant ipsi non febricitabant. Si igitur hepar uehementer dolebat, uel propter fortē inflammationē, uel propter spiritum flatuosum, non aderat autem ipsis inflammationē, alioquin omnino febricitassent, par igitur est quod flatuosus spiritus sit causa doloris in ipsis. Dolet igitur hepar & propter obstructionem, uerum mediocriter, & cum quodā pon deris sensu potius, quam uehemensis doloris. Dolor autem uehemens propter flatuosum spiritum, uel inflammationē, quæ scilicet maxima est, aut suppurata, accidit.

## BRASAVOLVS

**P**RIMO Galenus docet, hoc uerbū Superueniens, ostendere prius fuisse dolorem antequam febricitarent. Si ergo iecur uehementer dolebat, uel ob fortē inflammationē, uel ob spiritum flatuosum id faciebat. Sed ob inflammationē dolere non potest, quia febris non aderat. Inflammatio uero absq; febre esse non potest, propterea flatuosus spiritus est causa doloris in ipsis.

Quod legitur, Par igitur est quod flatuosus spiritus sit causa doloris in ipsis: **Graec** est, οὐδέ τοι φυσικός πνεύματος οὐδιώσθαι τὸ παλάγχην τὸν αὐτοῖς. idest, par igitur est quod flatuosus spiritus sit causa doloris uisceris in ipsis, scilicet dolentibus.

**S E C V N D O** quia aliquis ambigere posset, dolorē etiam ex obstructione fieri, ideo causas omnes non esse assignatas. Respondere possemus, ut superius dictum est, ad spiritum flatuosum reduci. Sed Galenus aliter dicit, quod scilicet dolor ex obstructione est mediocris, & cum quodam sensu ponderis, potius quam cum uehementia doloris. ac si dicat, non intelligi hic ab Hippocrate esse dolorem: potius laudamus ut ad flatuosum spiritum deducatur: nam febrilis caliditas materias flatuosa obstruetes resoluens dolorē soluit. Deniq; docet, uehementem dolorem contingere, uel ob sp̄itum flatuosum, uel ob inflammationem, qua uel sit magna, uel deuenerit ad suppurationem.

## APHORISMVS LIII

**Q**VIBUS à uenis sanguinem mittere confert, his uere uenam oportet secare.

## BRASAVOLVS

IN NOSTRIS sexti huius uoluminis libri Commentarij hunc aphorismum ubertim interpretati sumus. nam quod eo loco tam in medicamentis, quam in uenae sectione proponebat, hic in sola uenae sectione repetit, quibus conuenit nunc actu sanis sanguinem mittere, ijs uere uenam secare oportet, aliter aestate morbos aliquos sibi consuetos incidere solent.

οὐκόποιοι συμφέρει ἀπειτε ἀφαιρέσθαι τὴν φλεβήδην. idest, Quibuscumq; à uenis sanguinem mittere confert.] Quia scilicet sint pleni, & multo abundant sanguine.

τέττας ἔτει χρή φλεβοπλεύδητα. idest, Iis uerno tempore uenam secare oportet.] Prius astas superueniat, & sanguinem abundantissimum ebullire faciens ipsum corrumptat. Si plura de hoc aphorismo scire cupias, ad quadragesimum septimum sexti libri recurras.

G A L E N V S

**H**I C aphorismus pars est eius qui prius dictus fuit in hac uerba, Quibus medicamentum epotum, uel uenae sectio confert, his uere secare uenam, uel purgare medicamento opus est. In quibusdam uero exemplaribus non est scriptus omnino: & quidam libri expositorum ipsum sciunt, bīc ipsum scribunt; nonnulli uero neq; omnino minere. Mirari uero de illis oportet, qui non modo bis eundem scribunt aphorismum, uerum & in eisdem Commentarij expositiones apponunt, nulla facta significacione, quod his qui antea scripti fuerunt quidam sunt ex toto h̄dem: quidam uero ex parte, ea ita modi hic est. Quid igitur uisum fuit, uel his qui hos adiecerere aphorismos, circa finem libri: uel ipsi Hippocrate bis de eisdem facere mentionem, & quibusdam expositoribus geminam facere expositionem, deos testor me non posse conjectari. Neq; enim uerisimile fit ipsum scriptorem Aphorismorum tatarum rerum obliuione fusile correptum, quando præsertim talis fuerit, quem fuisse Hippocrate nouimus; neq; illorum qui aposuerunt, uel tantum obliuium, aut aliquam aliam malignitatem possimus excogitare, qua moti de eisdem scribere non dubitauerint. Adhuc autem & magis de illis licet admirari expositoribus, qui cum bis eosdem exposuerint Aphorismos, neq; hoc ipsum adiecerunt, quod secundam faciunt expositionem: & adhuc multo magis de illis qui differentes scripsere expositiones, & in his qui circa finem, & in illis qui per initia de eisdem sunt dicti.

## BRASAVOLVS

**P R I M O** Galenus docet, hunc aphorismum esse partem aphorismi quadragesimiseptimi sexti libri.

**S E C V N D O** notat, in quibusdam exemplaribus non esse scriptam particulam illam, Omnino.

**T E R T I O** dicit, quosdam expositorum ipsum scire, & ipsum bis ponere: sed alij ipsius nullam mentionem faciunt.

QVARA

**Q**U A R T O de illis mirari dicit, qui & bis eundem ponunt aphorismū, & bis commentantur, & nullam mentionem faciunt, quod hic aphorismus sit pars alterius, & in alijs aphorismis, quod sint idem omnino cum alijs.

**Q**U I N T O dicit, se non posse conjectari quid uisum fuerit illis, qui circa finem libri hos aphorismos posuere; uel si fuit Hippocrates, quid uisum sit Hippocrati, quidq; his videatur qui bis exponunt hunc aphorismum.

**S**E X T O docet, non esse uerisimile aphorismorum scriptorem obliuioneuisse corruptum, præsertim quum scriptor sit Hippocrates, quem nouimus fuisse summum uirum: imo de his dubitat, qui hos aphorismos apposuerunt, quod id non fecerint ob obliuionem, sed potius ob aliquam malignitatem.

Vbi legitur, Qualem fuisse Hippocratem: deest particula  $\gamma\acute{\iota}\pi\alpha\tau\omega\gamma$ . id est, In omnibus, nam dicit, οιοντερθη  $\gamma\acute{\iota}\pi\alpha\tau\omega\gamma$  οντα την ιπποκρατων. id est, Qualem in omnibus fuisse Hippocratem nouimus.

Quod etiam legitur, Aut aliquam aliam malignitatem possimus excogitare: Græce est, ή πάλιν ταυτογιαν δημι ωνοσα, ubi uides uocabulum  $\tau\alpha\tau\alpha\gamma\eta\mu\alpha$ , astutiam significare, & improbitatem cum calliditate.

Vbi etiā legitur, Qua moti de eisdem scribere non dubitauerint, deest particula Bis, ut legi debeat, Qua moti de eisdem bis scribere non dubitauerint. Græce enim legitur, οι από της εξαρτων ταύτη την την.

**S**E P T I M O, de illis expositoribus magis admirandum iudicat, qui quum bis exponunt aphorismos aliquos, quod prius exposuerint, mentionem non faciant.

Deniq; de illis adhuc magis admiratur, qui eisdem aphorismis in diuersis locis possunt diueras fecere expositiones, tamen aphorismi illi de eadem re penitus loquuntur.

**Q**uibus inter uentriculum & septum pituita reposita est, & dolorem affert, non habens exitum, neque ad alterum uentrem, his per uenas ad uescicam pituita uersa soluitur morbus.

## B R A S A V O L V S

**A**N T I Q V I Aphorismorum interpretes in hoc aphorismo dubitauerunt, & à nobis non minus dubitandum uidetur, per quam uiam hæc pituita exire possit. nam dicit, Qui inter uentriculum & septum pituitam repositam habent, & ex partium extēsione, præter naturam suam dolorem faciat; tamē non sit exitus aliquis per quem iri possit ad alterum uentrem, pituita uertitur per uenas ad uescicam, & ea per mictum exeunte soluitur morbus. At quomodo fieri possit, statim edocere conabimur.

οιοι μεταφύτης γασπάρ, καὶ τὸ φρεσών φλέγματα καπνίσεται. id est, Quibus inter uentriculum & septum pituita reposita est. ] Antiquiores hoc modo aphorismū legebant, unde Marinus antiquus interpres dubitabat, & merito, quomodo inter uentriculū & septum possit contineri pituita, quia descenderet usq; ad ossa pubis: quod certum est. propterea ipse intelligit inter septum & uentriculum, id est inter peritonaei uerticem & septi carnosum. nam dicebat, Si intelligamus inter uerum uentriculum & septum; non habemus uiam, per quam transeat ad uenas. Sed Galenus ipsum reprehendit, tum quia nec intelligentes ut Marinus intelligit, adest uia; nec etiā bene uititur uocabulo uenter, sed nimis abusive uititur: propterea Galenus ipse spatium intelligit, quod est quidē intra septum, sed intra eam peritonaei partē, quæ ad epigastriū attinet. Et si tu ambigas de uia, per quam natura possit trāsmittere ad uenas. Galenus dicit, naturam occulte operari per angusta foramina secundū Hipp. Nam & natura per ossa facit etiā abfcessus. Tamen sunt alijs codices, qui non legunt τὸ φρεσών, sed τὸ φλέγμα. i. uenas: sensusq; est, quibus inter uentriculum & uenas pituita reposita est. quem sensum hoc modo intelligere possimus, cum uentriculus crassitiē habeat, & per illam crassitiē uenæ permeent, Hipp. intelligit pituitam esse inter crassitiem uetriculi, & uenas quæ sunt in hac crassiti, & non sit in uenis;

hæc

hæc pituita illas partes extendit, & dolorem assert, neq; habet exitum, neq; uiam habet ad alterum uentrem. hæc pituita attenuata uenas ingreditur per insensibiles uias, & per has uenas ad iecur, ad renes & ad uescicam tendit, & deniq; soluitur morbus. Sed tu ambigere poteris, quomodo in hunc locum, & per quam uiam hæc pituita perueniat: nam si mihi uiam assignabis per quā hic collecta sit, ego per eandem uiam illam ad uescicam deducam. Scito in illo loco paulatim cōgregatam esse per uenas capillares defluens, & postea adeo condensatam esse, ut talem extentionē faciat, quæ dolorem inferat. At quia crassior reddita est, non potest per easdem uenulas redire, nisi prius iterū attenuata fuerit, & in tenuem ferè aquam redacta, itaq; exire potest. Si hæc expositiō tibi artideat, illam sequere: sin minus, precedentem accipito, quæ Galeni est interpretatio. Hoc tamen uerum est, in antiquis codicibus legi νεφρόν. i. renes: non φλεβῶν. i. tennes, tamē non defunt codices, qui habet φλεβῶν: & in secunda nostrī antiqui codicis lectiōe habet φλεβῶν.

**Kαὶ οὐδὲν παρέχει,** idest, Et dolorem præbet. ] Quia partes illas in quibus est, extēdit; propterea non potest esse in lato loco, quia dolorem non inferret, si amplius esset locus. & ideo non ab re intelligere oportet inter uentriculi carnositatem, & suas uenas.

**Οὐκ ἔχει διέφοδην,** idest, Non habens exitum, ] scilicet postquam illuc delata est & glutinosis atque crassior effecta.

**Οὐδὲ εἰς τὸ φραντίνην κοιλιῶν,** idest, Neque ad alterum uentrem. ] scilicet transmitti potest; neq; ad aliam cauitatem demandari, ut est constituta: nam attenuata quidem uenas insensibiliter ingreditur. Propterea statim sequitur,

**Τοτέσσοις γάρ τὰς φλέβας εἰς τὰ λύσην πρεπούμενοι τῷ φλεγματῷ, λύσις γίνεται τῆς νόσου .i. Iis per uenas ad uescicā pituita uersa, soluitur morbus. ] Nam pituita hæc attenuatur, & uenas per insensibiles uias ingreditur, & ad uescicā deducitur, morbusq; soluitur. Si uero petas, quomodo id fiat, nec Galenus explicare sevit, sed modus est insensibilis, & qui per cipī non potest, forte ora capillariū uenarū ingreditur, quae in carnem finiunt, & deinde ad maiores uenas perueniunt. postea ad maximas, quousq; in uescicā perueniat.**

#### G A L E N V S

**N**O N absq; ratione mihi uidetur dubitare Marinus, impossibile existimās inter septum & uentrem pituitam constitui. Defluit enim deorsum usq; ad ossa pubis: neq; tamen fieri posse arbitratur, ut trajectatur ad uenas, sicuti in aqua intercutē, tenuis & aquosus humor transsumptus excernitur per urinas. Quare audiendum esse inquit, quod dicitur inter septum & uentrem, pro eo quod est inter septi corpus carnosum, & interioris membranę abdominis uerticem. Verum & si ita attingerimus ó Maríne, transsumptionem ad uenas similiter facilem esse, non est possibile. Nam huic ad renes peruenire per uenas, neq; ex eo spatio quod est sub mēbrana abdominis interiori est impossibile. Adde quod omnino impropria est eius, quæ est secundum uentrem appellationis abusio. Nihil enim est simile uētri, & membranæ abdominis interiori, cuius gratia eam idem participant appellationē. Melius igitur ita audire sicuti omnes audierint, illud spatium laxius ab eo dici, quod est quidē infra septum, sed intra eam mēbranæ abdominis interioris partem, quæ ad epigastrum attinet: & considerandum, si possibile est illud quod dicit: noscentibus nobis, q; uiam semper materiebus inuenire naturam Hipp. opinatur, quādo ualida fuerit, & si illæ sint crassiores, & per angusta foramina debeat permeare, quādo & per ossa fieri inquit abscessus. Videmus aut & humorē illum, qui est inter thoracem atq; pulmonem in suppuratione expuimus cum tussi, nonnunquam uero & per cutem sanam existente excidere sanguinem in ossibus quæ fracta occalluerunt. Non igitur neq; in ea de qua nunc Hippocrates dixit pituita, omnino impossibile oportet arbitrii, fieri ad urinas transsumptionem. Verum & hoc ipsum agi à natura contingit paulatim pituitam extenuante, quemadmodum pus in suppuratione.

#### B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus dicit, Marínus antiquum Aphorismorum interpretē non absq; ratione dubitare, putantem impossibile esse inter septum & uentrem pituitam cōstituit: nam necessario deorsum defluet usque ad ossa pubis. Adde, quod arbitratur non posse transmutari ad uenas, sicuti fit in aqua intercutē tenuis & aquosus humor trāsumptus per urinas excernitur.

Quod

Quod legitur, Inter septum; in aliquibus Græcis codicibus legitur φλεβῶν, id est inter uenas, in alijs legitur φεγγῶν, id est inter septum.

S E C U N D O Marini expositionem ponit, qui intelligebat esse inter septum & uen-  
trem, hoc est inter partem septi carnosam, & peritonæi uerticem.

Quod legitur, Inter septi corpus carnosum, & interioris membranae abdominis uer-  
ticem: Græce est, τὸ μεταξὺ, καὶ τὸ πέρι φρεγών ιδίον σώματος, ὁ στρεμμός δέ, καὶ τὸ περι-  
τονεύον κορυφής, i.e. inter propriū septi corpus, quod carnosum est, & peritonæi uerticem.

T E R T I O Galenus Marinum reprehēdit, quia si intellexerimus ut Marinus facit,  
erit dubia transumptio ad uenas. Adde, quod imprōprie utitur uocabulo Ventriculus,  
& nimis abusiu.

Quod legitur, Transumptionē ad uenas similiter facilem esse, non est possibile: nam  
hinc ad renes peruenire per uenas, neq; ex eo spatio quod est sub membrana abdomi-  
nis interiore, est impossibile. Græce est, τὸ μεταξὺ τὸς φλεβῶν μεταλλίθεων, ὁμοίως ἀποροῦ-  
σας, ἡ μετατονική τονιζόντη τοφράς ἡ θυμόδων στόχος φλεβῶν τὸν εἰς τὸν ψευτόναντον διρυχω-  
έται, ἀδικίατη. id est, ad uenas transmitti similiter dubium est, an sit possibile: inde ad re-  
nes peruenire, per uenas ex lata uia, quae est sub peritonæo, id est membrana abdomi-  
nis, impossibile.

Quod etiam legitur, Ventre & uentri: lege, Ventriculum & uentriculo, γάστρα, γαστέρα.

Q U A R T O Galenus iubet intelligēdum esse aphorismum, ut uerba præ se ferunt,  
intelligendum scilicet spatium illud quod est infra septum: sed inter eam partem perito-  
næi, quæ ad epigastrum attinet, & postea considerare, an possit per hanc uiam transmitti.

Q U I N T O Galenus probat, posse transmitti pituitam hic contentam per uenas ad  
partes infernas: supponitq; quod ab Hippocrate tanquam uerum recipitur, naturā sem-  
per inuenire uiam transmittendi materias inutiles ad uias expulsionis, & extra corpus.  
Et hoc intellige, quando natura sit fortis: nam tunc etiam si materia sit crassa, à natura  
extenuatur, & inuenit uiam illam expellendi.

S E X T O Galenus per exempla probat, à natura inueniri uias arcas & strictas, &  
per ipsas transmittere: nam quandoq; uidemus fieri abscessus per ossa, & per suam sub-  
stantiam transmitti materiam. Per aliud exemplum idem probat: uidemus humorē qui  
est inter thoracem & pulmonem, expui per tuftum: tamē non adest uia, nisi transeat per  
pulmonem. Aliud exemplum, uidemus quandoq; per sanam cutem sanguinem in ossi-  
bus quæ fracta occaluerant, excidere.

Denique infert, non esse putandum in pituita, de qua hic agit Hippocrates non esse  
aliquam uiam, quam scit inuenire natura: & hoc paulatim fit natura pituitā extenuan-  
te, & per occultas uias transmittente, sicuti facit de pure in suppurationis.

**Q** Vibis hepatis aqua plenum in omentum eruperit, his uenter aqua repletur,  
& moriuntur.

## B R A S A V O L V S

A Q V A quandoq; in iecore colligitur, quandoq; in iecoris uenis, quandoq; in ue-  
nas per totum iecoris substantiam sparsas; sunt autem paruae hæ uescicæ: quandoq; col-  
ligitur intra pelliculam iecur circumdantem & ipsius iecoris carnem. Hic potissimum  
intelligere oportet de aqua inter pelliculam tegentem iecur collecta & iecoris carnem.  
Qui iecur habent aqua plenum, si in omentum erumpat, necessariū est inferiorem uen-  
trem aqua impleri, & hos denique mori.

οὐσία τὸ οὐπεραρχεῖον πλευρῶν. id est, Quibus iecur aqua plenum. ] Ut pellicula que  
ipsum tegit, plena sit.

εἰς τὴν επιπλευσιν ἔχει. id est, In omentum exciderit. ] Galeno mirum uidetur, quomodo  
possit in omentum excidere hæc aqua, nisi omentum fractum sit. Propterea exponit in  
quo est omentum, nisi dixerimus per eius substantiam refudasse, quod difficillimum est.

*Tού πισην ἡ οὐλὴν ὑπάτῳ ἐμπίπλασται, οὐδὲ ἀρθνήσουση.* idest, Iis uenter aqua repletur, & moriuntur.] Moriuntur quidem temporis procellū ex aqua intercute, & etiam sanari possent; sed rari sunt qui sanentur, nam in hoc casu iecur imbecillius redditum est, & in his sit, in quibus paulatim aqua colligitur. Hic uero intellige per *κοιλίαν*, non uentri culum, sed uentrem inferiorem in quo aqua colligitur.

## G A L E N V S

**A**P T I S S I M U M hepar est hydatidas, idest uescicas aqua plenas in ea quæ ipsum ambit exterius membrana generare. Videtur itaque & in iugulatis animalibus aliquando plenum. Si aliquando contingat uescicas aquosas rumpi, effunditur aqua ad locum membranæ abdominis interioris, epigastric, hoc est parti supra uentrem posite respondentem, in quo etiam aqua hydropticorum congregatur. Ad omentum autem non potest aqua effluere, nisi aliquo modo ipsum exedatur: est enim solidum & firmum undequaque, ita quod nihil in ipsum ex aliqua parte possit incidere, nisi ex uentriculo, colo intestino, & liene, illisque partibus unde ipsum enascitur. Vel igitur uult omentum exedi in partibus, scilicet dextris ipsius, secundum quas est hepati uicinum, uel ad omentum audire oportet, hoc est ad ipsius locum. Ventrem autem aqua impleri, non de illo uentre dictum est, in quo cibi recipiuntur, sed de tota cauitate quæ est infra thoracem, secundum quod significat uentroſi nominantur, & mulieres dicuntur gestare uentrem. Mori autem eos quibus in hoc loco aqua colligitur considerandum, an perpetuo sit uerum, an magna ex parte. Seruantur enim & quidam aqua intercute laborates, quamuis & hic locus ipsis aqua repleteur. Sed neque impossibile est, sicuti in illis, & per medicamenta purgantia aquositates, & præterea per epithemata, hoc est impositiones eorum quæ uim habet ciendi urinam, & in uapores soluedi humorē talē, ita & in his fieri curationē.

## B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet, iecur esse membrum aptissimum ad generandas uescicas aqua plenas per totam eius substantiam & cauernas: sed potissimum hoc facit in pellucida ipsis circumdante: immo si animalia iugulata spectabimus, hoc idem in ipsis uidemus.

**S E C U N D O** docet, si quandoque contingat aquosas uescicas rumpi, aqua ad peritoneum circa epigastrium effunditur: hoc est parti illi, quæ supra uentre posita est, in qua parte aqua hydropticorum congregatur.

**Quod legitur, Ambit:** Græce est *περιεργόν*, idest circumambit.

**Quod legitur, Effunditur aqua ad locum membranæ abdominis interioris epigastric:** Græce est, *ἐχέτω μηλονόν τὸ ὑπόρειον τὸν τοῦ μηλού τοῦ μηλού γένεσον περιπονάσιον χρεῶν.* idest, Effunditur uidelicet aqua in locum peritonæi, qui in epigastric est, idest in parte peritonæi quæ est supra umbilicum. **Hæc particula, Hoc est parti supra uentrem positiæ respondentem;** à Leoniceno addita est.

**T E R T I O** Galenus docet, non posse aquam effluere ad omentum, nisi aliquo modo exedatur & frangatur: quia undequaque *σίγανος* i.e. solidum & firmum est, unde in ipsum nihil ex aliqua parte potest incidere, nisi ex uentriculo, intestino colo & liene, illisque partibus unde ipsum enascitur: uel igitur in dextera parte uult omentum exedi, in qua iecur est: uel opus est intelligere ad omentum, idest ad locum in quo est omentum.

**Q V A R T O** exponit quid intelligendum sit per *κοιλίαν*, idest per uentre: non enim intelligere oportet uentre illum, in quo cibi colliguntur, idest uenticulum; sed intelligere oportet totam cauitatem, quæ est infra thoracem, in quo significato homines *περιπονάσσονται*, idest uentroſi nominantur, & mulieres dicuntur *ἐχεῖν γὰρ γαστέλ*, idest habere in uentre, non gestare uentre: quamuis & hoc dici possit.

**Quod legitur, Sed de tota cauitate:** Græce est, *ἡ μὲν τὸ παντὸς λύπην, idest, sed de tota profunditate, de tota latitudine, de toto uase.*

**Q V I N T O** dubitat Galenus, an semper moriantur qui ita affecti sunt, an non semper, sed sit magna ex parte: nā & qui aqua intercute laborant, & si is locus aqua impletus uideat, tamē aliqui seruant. Respōdet, in hoc casu posse aliquos seruari, curatos p aquæ educationē, & per urinę prouocationē; sicuti qñque illi curant qui aqua intercute laborant.

A P H O /

**A**Lyce, anxitudo, oscitatio, horror, uinum æquale æquali potū soluit ægritudinē.

## BRASAVOLVS

QVI inquietudines habent, ut uno loco stare non possint, quas angorem uel anxietatem Latini uocant, & qui habent oscitationes atq; horrores, hi sanantur, & ab his liberantur, si uinum temperate sumptum biberint: quoniam materiaæ à uino resoluuntur quæ hæc symptomata faciebant.

ἀλύκη, idest, Alycem] quam Leonicenus anxitudinem exponit, Theodorus pandiculationem. Sed re uera si quis recte consideret, & quid de ea in cōmentatione dicat Galenus, pandiculatio non est, fitq; tam in sanis, q; in ægris. In sanis, illi habent alycem qui semper præsentibus cruciatur, & ab uno negotio in aliud transeunt, eodem modo in ægris, illi habent alycem, qui accubitum non perferentes figuræ uariat, nam semper prælens figura eos aggrauat, ideo in aliam mutatur. hi proprie à Latinis anxiæ dicuntur. Sunt qui scribunt alpirare, & qui non fit uero ab humoribus per corpus sparsis, & postissimum frigidis, eius causa ex quanto De symptomatum causis apud Galenum colligi potest, ubi monet fieri alycas ex pauca materia in uentrículi ore inter tunicas cōtentas.

χετοὺς, idest, oscitationem.] fit oscitatio ex humiditate flatuosa, quæ in hoc motu & oris apertione expurgatur, unde & Aristoteles sexta Problematis particula problemate secundo dubitat, cur oscitantæ sepe in oscitando respondemus, & cum mīngentē uidemus, prouo camur ad mīctum. Breuius rationē reddit ex mente & phantasia, uultq; Aristoteles oscitationem esse motum spiritus & humiditatis. Immo aliud problema facit, propter quid oscitantes minus audiunt, & causam reddit: quia oscitantes spiritu impletur, unde solent tinnire aures. ex hoc eodem spiritu alterius problematis rationem reddit in secundo libro, propter quid nemo oscitans aurē scalpit, fiant uero oscitationes, cum quispiam materiam in musculis imbibitam habet, uel sit flatuosa, uel spiritus uaporosus, musculi has materias excutientes utexeant, os aperire cogunt.

φείρεις, idest, Horrem. ] de quo superius ubertum dictum est. fit à prauis humoribus, qui per cutem dīmouentur.

οἶνος ἰστὸς ιστω πνεύματος λύει τὰν ρόσην, idest, uinum æquale æquali potū ægritudinem soluit. ] Galenus dicit intelligendum esse uinum aqua temperatum, duo enim habentur, uinum calidū est, ideo refoluit materias. At aqua temperatū facilius ad omnes partes penetrat, uel intelligamus uinum æquale æquali potum, idest, mediocre uinū, quod temperate epotum sit: nam & ita sumptū hæc tria soluere potest. Alludit fortasse ad antiquum diliuentū uini superstitionē, quæ iubebat aut tres uini partes unū aquæ: aut tandem utriusq; admiscerit: plus aquæ neutiquam esse infundendum.

## G A L E N S

**S**OLO E C O P H A N E S uisa est quibusdam rationabiliter figura sermonis, atq; ideo nonnulli casu accusatiuo, scripsere, Anxitudinem, horrem uinum æquale æqua li soluit. Nihil autem refert ad præsens utrauis scripture aphorismus exponatur. Primi cum illud sciri oportet quod halycen nominauit, quam multi Græci halen appellant, deinde & quæ sit faciens hunc casum dispositio. Dicunt igitur halycin, idest, anxitudinem habere illos sanos, qui semper præsentibus molestantur, & ab uno negotio, atque actione ad aliud transeunt. Eodē modo & ægros illos anxiis esse aiunt qui accubitum non perferentes, figuræ euariant, quia semper præsens aggrauat eos. Hoc uero præcipue illis eueniare consueuit, quibus in ore uentrículi, quod nos abutētes uocabulo sepe solemus stomachum nominare, humoris aliqua propria qualitas continetur, uentrículo molesta, quæ neq; plurima est, neq; in uentrículi fluitat cauitate, sed eam ipse imbibere tunicae. Sed & oscitare sicuti & pandiculari, contenta aliqua in musculis per quos tales sunt motus quos pædicationes, & oscitationes nominamus, uel humiditate flatuosa, uel spiritu uaporoso fieri est à nobis demonstratū. Horror autem prauis humoribus per cutem currentibus accidit. Liqueat autē quod nunc à nobis habetur sermo de horrore,

Bb qui ex

qui ex corpore prouenit insalubri, & non de illo qui causam extrinsecus habet. Singula igitur haec quae dicta sunt, potus uini meracioris sanat. Moderatam autem temperaturam ipse monstrauit inquietus, Vinum æquale æquali potum. aqua enim uidelicet uult uini æqua portione tēperari, ut haec quidē pellat, & evacuet ex materia infestante quicquid cesserit uini motui cum impetu lati, reliquum tēperet. Calefacit em̄ uini, ut nouimus, corpus totum, & cito mouetur ad oēs partes, cum hoc quod oēs humores optimos reddit.

## BRASAVOLVS

**P R I M O** Galenus notat Solœcophanem esse figuram sermonis. nonnulli sunt, qui uolunt in accusatiuo legi halycem, oscitationem, horrorem, at quia non est casus, qui conuenire uideatur, propterea solœcophanes est. Sēlūs uero est, halycē, oscitationē, horrem, uinum æquale æquali potum soluere. At quia dicit, ægritudinem, propterea nomina prædicta in accusatiuo posita secundū Galenum solœcophanē faciūt, habet aut̄ haec figura solœcismi speciē, & ab aliquibus alio modo dicitur Allœsis, putatq; per hanc figuram dictum esse apud Virgilium, Prænestē sub ipsa, cum prænestē sit generis neutri, at ille retulit ad ciuitatem, ita in proposito haec accusatiua referuntur ad uerbum soluit.

Vbi legitur, anxitudinem, horrorem, deest oscitationem, nam Græce ita habetur ἀνύλω, χαρούλω, φείλω.

**S E C U N D O** Galenus docet, quid sit halycē, dicitq; illam esse, quam multi Græci ἀνύλω, idest, halen uocant: & deinde dispositionem, quae hunc casum facit, unde Græci ἀνύλη, idest, habere anxitudinem illos sanos dicunt, qui semper presentibus discruciantur, & ab uno negotio ad aliud transeunt. Ita etiam illi ægri sunt anxi, qui in uno situ, & in una iacenti figura stare non possunt, sed semper ab una figura aggrauati, figuris euaniant: & hunc casum illi præcipue habent, quibus in tunicis oris uentriculi aliqua materia molesta quidem, sed pauca contenta sit.

Quod legitur, primum cum, legi debet, primum enim.

Quod etiam legitur, molestantur, Græce est οὐχεραιοντα.

Quod etiam legitur, Quæ neque plurima est, legendum, Quæ neq; multa, nam Græce habetur στρωμάτις.

**T E R T I O** docet, oscitare esse materias flatuosaſ expellere, uel flatuſ uaporosos, quæ sunt in musculis, per quos fiunt motus, qui per electionem sunt, sicuti & pandicari est eadem expellere.

Quod legitur, contenta aliqua in musculis, per quos tales fiunt motus, quos pâdiculationes & oscitationes nominamus, in Leoniceni codice, & in nostro antiquo hoc preceſte modo legitur, ποδερχελίης πνός γρ̄ τοῖς μυσὶν δέ τοι τὸ χασμαδίτην γρ̄ σπονδινά διαγίνοντα κινήσεις. Sed nos putamus hanc lectionem non esse probandam, & Aldinum codicem potius probamus, in quo habetur ποδερχελίης πνός γρ̄ τοῖς μυσὶν, δέ τοι τὸ γρ̄ τοῦ προάρετου γίνοντα κινήσεις, idest, contenta aliqua in musculis, per quos & fiunt hi motus, qui sunt per electionem.

**Q V A R T O** docet, horrorem fieri a prauis humorib; per cutē currentibus, unum uero hic notat Galenus, quod iste sermo de horrore fit, qui ex corpore vortuſ, idest, in salubri uel argo dependet, & non de illo horrore, qui causam extrinsecam habet. Singula igitur prædicta potus uini ἀκρατεσφή, idest, meracioris sanat.

**Q V I N T O** Galenus docet, moderatam temperaturam ostendi, cum dicitur, uinum æquale æquali potum, nam uult uinum æqua aquæ portione tēperari, ut quicquid cesserit motus uini cum impetu lati, id pellat, & evacuet, reliquum uero temperet.

**S E X T O**, uini dotes prosequitur, nam calefacit totum corpus, & ad omnes partes cito mouetur, & propterea humores bonos facit.

Quod legitur, Cum hoc quod omnes humores optimos reddit, Græce est μετὰ τὰ ρυσός ἐργάζεσθαι τὰς χυμός, idest, cum hoc quod humores bonos facit,

## A P H O R I S M V S. LVIII

**Q** Vibus in urinario meatu tubercula fiunt, his suppuratione facta, & eruptio ne, soluitur dolor.

Brasauolus

## B R A S A V O L V S

HIC aphorismus iterum ab Hippocrate libro quarto positus est, & est septuagesimus secundus. Eius autem sententia est, Quibus in urinaria fistula tubercula nascuntur, ijs impeditur urina, & dolor inducit, qui non cessat, nisi posteaquam suppuratione facta & eruptione exeat pus, & tunc illa adeo aperitur, ut urina exire possit.

ὅντος τὸν τῷ οὐρήρι φύματα γίγνεται, ἵδε, Quibuscumq; in urinario meatu tubercula sunt. ] Quae occupant ne urina transire possit.

Τότειν διαπνήσαντο καὶ ἐκραγότο, λύτρα ὁ πν. idest, his suppuratione facta & eruptione, soluitur dolor. ] Qui ex retentione urinæ inducebatur.

## G A L E N V S

E T H V N C aphorismum in præcedentibus Hippocrates scriptum; nos autem expusimus per hæc uerba scriptum, Quibus in urinario meatu tubercula sunt, his suppuratione facta & eruptione, solutio.

## B R A S A V O L V S

G A L E N V S dicit, hunc aphorismū superius scriptum esse, & ipsum exposuisse per hæc uerba scriptum, Quibus in urinaria fistula tubercula sunt, ijs suppuratione facta & eruptione, solutio.

## A P H O R I S M V S - L I X

Q Vibus cerebrum aliqua ex causa concussum fuerit, necesse est statim mutos fieri.

## B R A S A V O L V S

C E R E B R I concussio, est magna cerebri commotio, qua sit uel ob ictum supra caput, uel ob casum ab alto: præsertim quando quispiam ex dorso terram impegerit, ita ut spinalis medulla qua cerebro adnata est, patiatur. Quicunq; habent ita concussum cerebrum, quacunq; de causa id factum sit, necesse est statim mutos fieri, & sensum atq; motum amittere, & omnes uirtutes qua per electionem sunt, nam spiritus per neruos ad corporis partes peruenire prohibentur, & etiam ad sensuum instrumenta.

ὅντος τὸν τῷ οὐρήρι φάλατον θηλήν πότερον. idest, Quibus cerebrum aliqua ex causa concussum est. ] Hoc est, uehemeter commotum atq; agitatum ob magnam percussionem, uel ob magnum casum.

ανάγλεις αφώνους γίνεται παραχθῆναι. idest, Necesse est statim mutos fieri. ] Per mutos uero intellige non solum illos qui uocem amiserint, quos αφώνους ipse uocat, sed etiam illos qui habent uires omnes qua per electionē sunt, amissas, & qui ob illam magnam commotionem motum & sensum amittunt.

## G A L E N V S

E T I A M in hoc aphorismo, in quibusdam ex exemplaribus possumus inuenire uerbum Mutos, scriptum in numero plurali, casu accusativo: in quibusdam uero Mutum, in numero singulari, per modum figura solœcophanis. Nihil autem hoc loco ad præsentia refert, si modo nouerimus quod consuetudo Hippocratis ab uno accidente nostrissimo saepius, scilicet à uocis amissione, nominare & ostendere illos qui nullum alium motum seruant secundum electionē, uel nihil omnino sentiunt. Iacent aut eodem modo quo apoplectici sine sensu, pariter & motu. Fit autem hoc & propter alias causas. Nunc uero cōcussionis cerebri Hippocrates meminit, & hanc ipsam talem fore ait totius corporis dispositionem. Concuti autem hoc modo cerebrum cōtingit, propter aliquem casum totius corporis uiolentū ex locis altioribus factum. Tales enim casus solent in spine uertebris facere concussionem, quando ipsarum harmonia fuerint commotæ, spina lis uero medulla qua in eartu cauitate cōtinetur, laborauerit; cerebrū uero ualde concussum periculum adduxerit, ne aliquis neruus eorum qui ab ipso nascuntur, abrumptatur, quod non minus & in ipso fit cerebro, & tāto magis quanto plus uacui loca habet, qua ipsum circumstant, quod etiam uacuum magis est in senibus, quēadmodum in trāctionibus De sectionibus, diximus. Contrahitur autem uis animalis in seipsum in talibus dispositionibus à motu periculo molesta; orta uero nonnulla quidē sufficienter

tenduntur: quædam uero ex parte distrahitur, iuxta hoc, donec se rursus uis animalis collegerit, mutu atq; immobile totū facit, quod ita afficitur animal. Si uero cerebrū con uelli contigerit, aut secundū aliquā eius pātē conuelli, qui ita patiuntur, non referuntur.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, hanc particulam Mutos, in aliquibus exemplarib; in plurāl scriptā inuenimus in casu accumulatiō; in aliquibus in singulari Mutum, & si in singulari sit, est per modum figurā solœcophanis; nam est uitium in sermone.

SECUND O docet, hæc nihil referre, modo sciatur esse Hippocratis cōsuetudinem à uocis amissione, quod est notissimum symptoma, illos significare, qui nullum habent motum per uirtutem electiuam. hi enim iacent tanquam apoplectici, sine sensu pariter & motu; hocc; potest ob multas causas fieri. Nunc Hippocrates de eo solum loquitur, quod fit ob cerebri concussionem: & dicit in hoc casu ita corpus totum disponi.

TERTIO inquit, posse ita concuti cerebrum ob aliquem casum ab alto totius corporis. hi autem casus solent & in uertebris spinae cōcussionem facere, quando ipsarum harmoniæ commota suerint, & medulla spinalis, quæ in eartum cauitate continetur, labōrauerit: nam ipsa multum concussa, periculum est, ne aliquis neruus eorum qui ab ipsa nascuntur, abrupatur: quod non minus & in ipso cerebro fit, & hoc tanto magis, quanto plus uacui loca habent, quæ ipsum circumstant: hocc; uacuum magis est in scribus, sicuti in Aggressionibus anatomicis dixit.

Vbi legitur, In spinæ uertebris: adeſt particula καὶ, idest & in spinæ uertebris.

Quod uero legitur, Cerebrum uero ualde concussum periculum adduxerit: Græce est, οὐτεσεδεις δὲ σφολεῖς, εἰς λινθυρα ἔγει φύεις. idest, quæ (scilicet spinalis medulla) ualde concussa, periculum adducit. Postea sequitur, Ne aliquis neruus eorum qui ab ipso nascuntur, abrupatur.

QUARTO docet, in tribus dispositionibus uim animalem in seipsum contrahi, à motu periculoſo molestata, & propter istud quiescit: sed illa quæ orta sunt, nonnulla laeduntur sufficenter, quædam ex parte distrahitur, quousq; uis animalis rursus se collegerit, & animal quod ita afficitur, mutum facit. At si cerebrum auelli contigerit, uel secundum unam earum partium conuelli, hi qui hoc patiuntur, non referuntur, sed potius efferuntur ad tumulum.

Vbi legitur, A motu periculoſo molestata: hæc uerba sequi debent. Et propter hoc quiescit, nam in Græco codice additur hæc particula, καὶ δέ τοις οὐτεχάζει.

Et quod dicit, Periculoſo: Græce est, οὐ σφαλεῖ.

Quod legitur, Orta: legerem, Ortorum autem. οὐ δέ ξεφύσεων.

Quod etiam legitur, Distrahuntur: Græce est οὐσιώνται, idest dilaniantur.

Quod etiam legitur, Juxta hoc: legi debet, Et iuxta hoc, nam Græce est, καὶ οὐ δέ.

Quod etiam legitur, Conuelli contigerit: Græce est οὐσιώνται φάσεις, idest auelli præuenerit.

## APHORISMVS LX

COrporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit, fames enim corpora siccata.

## BRASAVOLVS

COMVNNE theorema est, Contraria contrarijs curari. At quia aliqua sunt, quæ & si ut talia, contraria non sint, tamen quia oppositum operantur, propterea inter contraria numerari possunt, licet effectus per accidens sequantur. Qui igitur carnes humidas habent, siccitate ad mediocritatem deducuntur, quæ per se hoc facit. At si hunc famesce, re faciamus, nutrimento prius accepto exiccato, humiditas quæ in toto est, exiccati incipit. propterea iubet his adhibendam esse famem, qui carnes humidas habent, nam fames corpora exiccat, licet id per accidens faciat, & secundario, non per se & directe.

Τοῖοι σώματοι τοῖσιν ύψεσσι σηκεσσι ἔχουσι, idest, Corporibus humidas carnes habētibus] Sunt uero humidæ, carnes pituitosæ, molles, quæ ita suapte natura esse possunt, & ab ineunte

Ineunte ætate, & etiam ex cibis sumptis: nam cibi in copia ingesti carnes humidas faciunt, præsertim si humidi sint.

*λιπού ευτοίει. i. famem adhiberi conuenit.] Non tamen diurnam, sed famem, quantum conuenit. nam ut Hippocrates in libro De præsca medicina docet, Non minor est error, nec minus hominē ledit, si quis det minus, tardiusue ἔτι satis est, et expedit: pars enim famis & inediae plurimum in hominis natura potest, & ualentem facere, & infirmum, ac perire.*

*λιμός γαρ συγχέει τὰ σώματα. i. fames enim corpora exiccat.] quod per accidens fit. nam cum famelcimus, si in fame perseveremus, naturalis calor qui pabulum nō habet, quo despatur, carnium humiditatem exiccat.*

## G A L E N V S

**Q**VOD quidem omnia quæ exiccat sunt passionum humidarum remedia, manifestum, si quidem contraria contrariorū remedia sunt. Quod autem fantes ex accidenti corpora exiccat, est minime dubium. Si enim aliquid defluit à corpore, sicut & antea, nō amplius aut ab aliamento suppleatur id quod fuerit euacuatū, necessariū est hoc modo corpus effici siccus, liquet. neq; in animali corpore prius illæ partes absuntur quæcunque sunt humidiores, quando & ipse defluxus idcirco fit, quia quæ sunt in corpore extenuantur. atq; in uapores resoluuntur. Idq; ex duplice causa, extrinsecus quidem ab aere ambiente. Intus uero à calore nativo. Quæ autem in latibulis iacent animalia, ut quæ neq; extrinsecus calefiant, neque intrinsecus, uel nihil, uel parum dissoluuntur: atque ideo nōnulla eorum, neq; egent alimento, nonnulla uero paucissimo omnino. Post præscriptos aphorismos alij duo sere in omnibus exemplaribus inueniuntur, cum hoc quod & huius libri expositoris ferè omnes eoru meminere, et quidā differentes fecere expositionibus ab illis quas antea scriperunt, neq; hoc ipsum adiecerūt, q; ijdem aphorismi superius sunt scripti. Nos uero in quarto commentario illos exposuimus, parum uerbis differētes. Alter enim eorum qui nunc scripti sunt superfluo adiectum habet, ut deuorare non possit, sed uix. Alter uero contra, uacat uerbo uix, ut prior quidē sit talis. Si à febre habitu, tumore non existente, in fauibus stragulatio repente superueniat, & non possit deuorare, nisi uix, letale. Secundus uero sic. Si à febre habitu collum conuertatur, & deuorare non possit tumore non existente in collo, letale. Priors uero quos dixi in quarto horum commentariorum fuisse expositos, ita se habebant. Si à febre habitu tumore non existente, in fauibus stragulatio repente superueniat, letale. Deinde qui deinceps sequitur, Si à febre habitu collum conuertatur, & uix possit deuorare, tumore non existente in collo, letale. Quod igitur in priore aphorismo dictum est esse, superfluere nunc cōsideremus. Et enim id fieri uidimus ubi agri omnino exitialiter à morbo haberentur. Quare siue nullo modo possint deuorare, siue uix, non existente tumore in fauibus, nam hoc licet perspicuo cognoscere, si plurimum os aperiat, & lingua uersus mandibulam inferiorem prematur. In tali igitur constitutione, quod difficulter deuoretur causam esse suspicandum communionem tunicae quæ subnata est ex partibus gulae, et gutturis interioribus. nam ostensum est hanc cibo os permanente ipsam quidem trahi ad inferius, guttur uero totum retrahi superius. Tumescente igitur in gutture inflammatione, nonnunquam quidem nullo modo, quandoq; uero uix, uentriculum sequitur attrahentem: atq; ob hanc causam, uel nullo modo deuorat, uel uix.

## B R A S A V O L V S

**P R I M O** Galenus docet, omnia auxilia quæ exiccat, esse passionum humidarum remedia, per commune theorema, contraria contrarijs curantur.

**V**bi legitur, quod quidem omnia quæ exiccat, adde auxilia *Bonbūmæta*, postea sequatur, sint passionum humidarum remedia.

**S E C U N D O** docet, famem ex accidenti corpora exicare. nam à corpore semper alii quid defluit & consumitur, & nihil additur per nutrimentum, ideo necesse est corpus effici siccus. Sed in hac descriptione certum est primo humidiores partes exiccati, nam & ita fit defluxus, quia partes quæ in corpore sunt extenuantur, & in uapores resoluuntur, idq; duplice fit de causa, ab aere ambiente extrinsecus, & à calore nativo intrinsecus.

**T E R T I O**, quia ambigere posset de animalibus quae in latibulis iacent, & per totam hyemem non comedunt, tamen non exsiccantur extreme, dicit, ab extrinseco non calefieri, & parum etiam ab intrinseco, quia naturalem calorem paruum habent, propterea uel parum, uel nihil dissoluuntur, unde nonnulla eorum neque egent alimento, nonnulla paucissimo.

**Q V A R T O** Galenus duorum aphorismorum hic positorum mentionem facit, quos interpres exponunt, tamen in quarto libro iterum expositi sunt. Sunt uero trigeminus quartus & trigeminus quintus eiusdem libri, propterea de his interpretibus iterum miratur, qui hos aphorismos exponant, & nullam mentionem fecerint, quod illos iterum in quarto libro exposuerint: & de his magis mirandum, qui hic alter exponunt, q̄d in quarto libro fecerint. Sed ipse Galenus dicit, se hos aphorismos in quarto libro expositi sive parum uerbis differentes. Tamen alter eorum qui hic scripti sunt, superflue adiecitum habet, ut deuorare non possit, sed uix. alter uero cōmutatus habet uerbum uix, ut primus aphorismus sit talis. Si à febre habitō tumore non existente in fauicibus strangulatio repēte superueniat, & non possit deuorare, nisi uix, letale. Secundus uero sic, Si à febre habitō collum conuertatur, & deuorare non possit tumore non existente in collo, letale. Sed illi quos in quarto libro exposuerat, dicunt, Si à febre habitō tumore non existente in fauicibus strangulatio repēte superueniat, letale. Postea si à febre habitō collum conuertatur, & uix possit deuorare tumore non existente in collo, letale.

Quod legitur, alter uero contra, uacat uerbo, uix. legi debet, commutatus habet uerbum uix, nam Græce est ὁ δὲ ἐπόσος πτελιψίαν οὐ τέχει τὸ μόγις. Sed hoc est in antiquo nostro codice, quem in hoc loco mēdosum putamus, nam prēcise habet Leoniceni sensum, qui falsus est, nempe uerum non est, quod careat uerbo uix; immo illud habet, ut le genti patet. propterea magis probo Aldiniū codicem, qui legit ut nos correxiimus, scilicet ὁ δὲ ἐπόσος εμπτελιψίαν οὐ τέχει τὸ μόγις. Alter aut rursus cōmutatus habet uix.

**Q V I N T O** cōsiderat, in priore aphorismo dictum esse superfluere. Id enim uidit fieri, quando ægrī exitialiter se habent, ita ut non possint deuorare, uel uix, quando non adeat tumor in fauicibus. Quod si tu oculis cognoscere uolueris, iube ægrum aperire os, & preme lingua uersus inferiorem mandibulam.

Quod legitur, dictum est esse superfluere, lege dictum est esse superflū, Græce περὶ τοῦ εἴρηται.

Quod etiam legitur, Quare siue nullo modo possint deuorare, uel uix, Græce est οὐδὲ λόγως θύειται οὐ τέχει τὸ μόγις, id est, Ita quod nullo modo poterat deglutire, uel uix.

**S E X T O** causam reddit, cur in illo casu difficulter deuoretur, causa inquit est communio tunicae qua subnata est ex partibus gulae & gutturis interioribus, nam hæc pars ad inferius trahitur, quando cibus per os permeat, & totum guttum superius retrahitur. Cum ergo inflammatio in gutture intumescat, quandoq; nullo modo, quandoque uix sequitur uentriculum attrahentem, unde ob hanc causam, uel nullo modo deuorat, uel uix. Nos multos uidimus hoc habere dum morerentur, & multos mori cum trāglutien di difficultate ex sola siccitate, quæ conuulsionem quandam ex inanitione fecerat.

## A P H O R I S M U S L X I

**V**bi in toto corpore mutationes, & corpus refrigeratur, & rursus calefit, aut colorem aliud ex alio commutat, longitudo morbi significatur.

### B R A S A V O L V S

**I**N quarta huius libri sectione aphorismo quadragesimo hunc præsentem interpretati sumus, quando in toto corpore mutationes uidentur, quæ huius generis sint, ut corpus refrigeretur & calefiat, postea iterum refrigeretur: uel fiat modo nigrum, modo palidum, modo rubrum, ita ut colorem in colorem transmutet, morbi longitudo significatur, quia etiam materierum diuersitas in hoc corpore significatur.

οκε ἢ ὅλως τοῖς σώματι μεταβολή, id est, Vbi in toto corpore mutationes, et si petas de quo genere mutationum loquatur, statim sequitur,

Καὶ τὸ σῶμα καταθύχεται, καὶ πάλιν θρυμάνται, idest, Et corpus refrigeratur, & rursum calefit.] Hocq; frequenter faciat.

Η χώμα ἐπόρου δὲ ἐπόρος μεταβάλλεται, idest, Aut colorem alium ex alio commutat,] saepe scilicet,

Μηνὸς ρόσα οὐκέτει. idest, morbi longitudinem significat,] nempe significatur esse varios humores heterogeneos, idest diuersarum naturarū in hoc corpore, qui ita breui domari non poterunt, atq; euinci.

## G A L E N V S

E t hunc aphorismum in quarto commentario exposuimus, ijsdem fere uerbis scriptum, quibus & hic. Est enim scriptura talis. Et ubi in toto corpore mutationes, & si corpus frigescat, uel rursus calefacat, & si aliis ex alio color fiat, morbi longitudo significatur.

## B R A S A V O L V S

G A L E N V S hic refert se interpretatum esse hunc aphorismum in quarto libro per eadē fere uerba, qualia & hic sunt, scilicet Vbi in toto corpore mutationes, & si corpus frigescat, uel rursus calefacat, & si aliis ex alio color fiat, morbi longitudo significatur.

Quod legitur, in quarto commentario, legendum est in quarto cōmentariorum. nam grāce dicitur γένος τηρήσας τὴν ταῦτα.

S udor multus, calidus, uel frigidus, semper fluens, humorē abduci, robusto qui, dem supra, debili uero infra significat.

## B R A S A V O L V S

E T S I quadragesimus secundus huius libri aphorismus cum isto similitudinē quandam in principio sententiae habere videatur, tamen in fine longe diuersus est. Ille nanc; dicebat, sudorē multū calidum uel frigidum, semper fluentē, frigidum magis, calidum minus significare morbū, hic uero dicit, sudorē multū calidū uel frigidū semper fluētem, significare humorē abducendum esse, sed ita abducēdum, ut uiro robusto per superius, idest per uomitum abducatur, debili uero per inferius, idest per secessum. At an hoc uerum sit, ambigit Galenus, & putat fuisse adiectum hunc aphorismum. nulla enim est causa cur magis robusto per superius, quam debili per inferius, cū humores eō ducenti sint, quo uergūt, & quo facile euacuātur. Nos aphorismū in hunc sensum ducere possemus, Cū sudor multus multā humiditatē & multū humorē in corpore significet, uel calidus sit, uel frigidus, cū semper fluat, hanc humiditatē à corpore abducendam esse significat. & quomodo per sudorem, sed sudor hoc seruat quod robusti homines in partibus superioribus sudant, debiles uero in inferioribus & in extremis, qua ob relaxationem potius sudant, tamen nec hic sensus uerus est, propterea cum Galeno dicamus, hunc aphorismum adiectum esse, sicuti multi alij adiecti sunt, & non esse Hippocratis.

Ιδοὺς πολὺς δρόμος, οὐχίδος αεὶ φέωγ, idest, Sudor multus calidus, uel frigidus, semper fluens.] Hoc enim significatur humiditatum copiam esse in corpore, propterea indicat remoueri oportere. nam dicit.

Οὐδέποτε εἴχοι καπάγειν, idest, significat humorē abduci.] nā humorū copiā significat.

Ιχνέδη πλέον αὐθίγι, idest, Robusto quidem supra,] debet hic humor duci.

Τὸς δὲ αθηγά, ηταθηγά, idest, Debili uero infra,] scilicet hic humor abduci debet. At quia Galenus causam inuenire nescit, quare debili infra, robusto supra abduci debeat, propterea putat hunc aphorismum unum ex illis esse, qui huic libro additi sunt.

## G A L E N V S

A N T E A alium aphorismum in quarto horum commentariorum exposuimus hoc modo scriptū. Sudor multus, calidus, uel frigidus, semper fluens, frigidus maiore, calidus minorē morbū significat, & talium sudorū diximus esse dispositionē, multitudinem humiditatis quae in ægri corpore cōtinetur. Propterea igitur qui nunc proponitur

aphorismus, abduci præcipit superfluū humorē, robustis quidē supra, hoc est per uomitus, debilib. aut̄ infra, quod & ipsum significat per alui inferioris subductionē. Quod quidē igitur semper sit necessarium superflua corporis humiditates euacuare, manifestū. Si uero robustis supra tantum, debilibus uero infra, mihi dignū uidetur animaduersione; nam forte sit melius, nō hac ratione distinguere remediorū usum, sed uelut in tractatione curatiua de talibus omnibus fuit à nobis distincū. Quare & hūc Aphorismū arbitror fuisse adscriptū. Post supra scriptos aphorismos, alij tres inueniuntur in plurib. exēplaribus, qui pariter, & ab expositorib. scripti sunt, & parum uerbis euariant ab illis qui quarto horū cōmentariorum habētur. Scribunt aut̄ eos hoc modo. Febres quæcunq; non intermit tētes, tertia die fortiores sunt periculose, quo cunq; aut̄ modo intermisserint, significat q; nō sint periculose. Quibuscunq; febres lōgæ, his uel tubercula, uel ad articulos dolores decumbunt. Quibuscunq; tubercula diutina, aut in articulos dolores ex febre decubunt, hi cibo pleniore utūt. Liquer aut̄, q; et hi interiecti fuerūt, à priorib. nihil, aut parū admodum uerbis differētes, nos uero ipsos exposuimus in quarto horum commentariorum.

## B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet, in quarto libro alium aphorismū exposuisse, qui ita dices, bat, sudor multus calidus, uel frigidus, semper fluens; frigidus maiore, calidus minorem morbus significat. Ibiq; dixit, multitudo humiditatis, quæ in ægrī corpore cōtinetur, esse dispositionē talū sudorū. unde hic aphor. iubet abduci superfluum humorē robustis quidē supra-i. per uomitus, debilib., uero infra, quod significat q; alui inferioris subductionē.

S E C U N D O docet, semper esse necessariū superflua humiditates euacuare. At an robusti semper supra, imbecilles autem infra sint euacandi, Galeno uidetur animaduersione dignum. nam melius forte erit, non distinguere per hāc uiam, remediorum usum, sed ita distinguere, ut ipse dixit in libro De arte curandi. propter hāc ipse putat hunc aphorismum non esse Hippocratis, sed fuisse adiectum.

Quod legitur, si uero robustis supra tantū legi debet, si uero robustis semper supra tantum, nam græce habetur, ἀπὸ τοῦ πλέοντος ἀνθετούμενον αὐτόν. Robustis ex parte superiori solum & semper.

T E R T I O Galenus docet, post prædictos aphorismos tres alios esse adscriptos in multis exemplaribus, sunt uero quadragesimustertius, quadragesimusquartus, et quadragesimusquintus libri quarti. Ipse uero hos non interpretatur, quia in quarto libro illos egregie interpretatus est.

## A P H O R I S M U S L X I I I

**S**i quis cibum febricitanti dederit, ut sano robur, sic laboranti morbus

## B R A S A V O L V S

s i corpora non pura sint, sed ægra & male affecta, quanto magis illa nutries, tanto magis lædes. unde si quis cibum febricitanti dare uoluerit, ut is cibus homini sano uires reficit, ita laboranti morbum facit.

Ιων τῷ νησιοσαντὶ τροφῆ στολῶ. i. si quis cibum febricitanti dederit] Cibum scilicet abundantem, & qui corpus multum nutritat

τῷ πλέοντος ἀνθετούμενον αὐτόν. i. ut sano robur.] Scilicet ab hoc cibo fit.

τῷ κακουντινούσι. i. sic laboranti morbus.] Scilicet ab eodem cibo fit. Galenus ob sermone putat hunc aphorismum non esse Hippocratis, sed esse adiectum, quoniam hoc generer sermonis uti non consuevit Hippocrates.

## G A L E N V S

**S**CRIBIT VR. autem & sic aphorismus. Si quis febricitanti cibum dederit, sano quisdem cibus est, laboranti uero morbus. utraq; uero locutio ab ea que secundum naturam, ad hoc quod cacozelum nominatur, interpretatione recessit, nescio quid sibi uolentibus illis qui ita libri finem tam uarijs modis disposuerunt, nōnulla quidē per eadem uerba scribentes, quibus ipse antea usus erat, nōnulla uero paululum cōmutantes, aliqua uero tota interponentes, uelut hinc propositū aphoris, qui neq; prope accedit ad Hippo. interpretationē. Ipse sigdē prius dixit. Nō pura corpora quanto magis nutries, magis ledes: Et si ex morbo cibū assumentis aliquis non corroboratur significat corpus pluri uti alimento. Si

to. Si uero cibum non assumente hoc fiat, significat, quod evacuatione indiget, & quædam alia huicmodi que secundum naturam habent interpretationem. Qui uero propositum apposuit aphorismum, male emulando, in cibo dixit: Qui sano robur, hic laboranti morbus. Vult enim dicere cibum robur quidem in sanis efficere, nocere autem ægris: uel per louem, sanis quidem augere robur, morbum uero laborantibus. Absurde autem interpretatus est, inquietus. Cibum ipsum robur esse sanis, morbum uero laborantibus, qui neq; robur est, sed roboris effectius, neq; morbus, sed morbi effectius, uel quod rectius sit dicere, auctificus.

## B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus aliam huius aphorismi scripturam ponit, quæ est, Si quis febricitanti cibum dederit, sano quidem cibus est, laboranti uero morbus: sed uel sit prima scriptura, uel secunda hæc, differt à naturali Hippocratis sermone, nam hic qui ita imitatus est Hippocratem, fuit *λαζαρός*, idest malus æmulator, malus imitator; nam non est mos Hippocratis ita dicere. Propterea de his mirat Galenus, qui hos aphorismos adiecerunt, qui finem huius libri tam uarijs modis disposuerunt: nonnulla per eadem uerba scribentes, quibus ipse prius erat usus, aliqua parum immutantes, alia tota interponentes: sicuti est præsens aphorismus, qui neq; ad Hippocratis interpretationem propè accedit, si quis bene considerare uoluerit, quando de rebus huius propositi differit: nam uno in loco dicit, non pura corpora, quanto magis nutrities, magis laedes in alio loco: & si ex morbo cibum assumentis quis non corroboratur, significat corpus pluri uti alimento. Si uero cibū non absumente hoc fiat, significat quod evacuatione indiget: & in alijs locis multa dicit Hippocrates, quæ habent germanam & natuam interpretationem.

S E C U N D O docet, eum qui præsentem aphorismum apposuit *λαζαρός*, idest male æmulando modum loquendi Hippocratis dixit, in cibo qui sano robur, hic laboranti morbus: uult hic *λαζαρός*, idest malus imitator dicere, cibum robur quidem in sanis efficere, ægris uero nocere. Aut hoc, sanis quidem augere robur, ægris uero augere morbum. At si hunc suum loquendi modum consideremus, absurdè dicunt: nam cibus sanis non est robur, neq; est morbus laboratibus, sed est roboris effectius & morbi effectius, aut si rectius dicere uoluerimus, est auctificus morbi, & etiam roboris.

## A P H O R I S M V S L X I I I I

**Q**Væ per uescicam excernuntur, inspicere oportet, si talia qualia sanis excernuntur. Quæ igitur minime similia sunt his, hæc morbosiora. Quæ uero sunt sanis similia, hæc minime morbosia.

## B R A S A V O L V S

H O C perpetuum est atq; indubitate uerum, apud Hippocratem, & omnes probos authores, quæcunq; sunt sibi sano similia, ea esse bona: quæ uero dissimilia, mala. Vnde & in primo Prognosticorum, faciem sano similem laudat: diuersam uero à se sano probris impedit. Quod in omni re intelligere oportet, & in excrementis, & in urinis, & in sputis, & in effigie, & in omni re alia. Et ideo cum alicui opem medicam præbes, ea inspicere oportet, quæ excernit, si talia qualia sanis excernunt, uel ipsomet sanus, ejusciuntur, nam quæ sunt sanis dissimilia, ea morbosiora esse constat: quæ uero sanis similia, morbosia non sunt. Tamen Galenus hunc aphorismum ex his esse iudicat, qui sunt suppositi: non quia tierus non sit, sed quia Hippocratis phrasim non sapit: & quæ dicit morbosiora, dicenda erant morbosissima.

Τὰ δέ τις ἀλύσιον σχετίζεται. idest, Quæ per uescicam excernuntur. ] Vel urina sit, uel sedimenta, uel nebulae, uel bullæ, uel humores, uel crassa sint, uel tenuia, uel alba, uel rubra, uel alterius cuiuscunq; coloris, uel fetida, uel redolentia, uel fabulosa, uel lapidea, uel quæcunq; illa sint quæ per uescicam excernuntur.

οὗτον δέ, οὐσία τοις γράμμασι τοις γράμμασι. idest, Inspicere oportet, si talia qualia sanis excernuntur. ] Vel sint ab his quæ sana sunt, longe dissimilia.

**T**ὰ ἡκισα οὐγ ὄμοια τετρίσι, ταῦτα νοσερά πρᾶ. idest, Quae igitur minime similia sunt his, hęc morbosiora] Imò ut Galenus docet, dicere oporteret hęc morbosissima esse: & quāto à naturali similitudine accedit & recedit, tanto sunt magis morbosata atq; minus.

**T**ὰ δὲ ὄμοια πρᾶ τοῖς ὑγιανοῖς, idest, Quae uero sunt sanis similia.] In urinis, imò & n omni alia re, si cuiuscunq; generis illa,

**ἡκισα νοσερά.** idest, Hęc minime morbosata.] Et quanto sunt magis similia, tanto sunt minus morbosata, si uero sint præcise talia, sunt sana.

## G A L E N V S

**O**MNIA quae sunt sanis similia in toto corpore, dictum est ab Hippocrate & in Prognosticis, & in omnibus alijs libris, bonum aliquod significare. Quae uero diffimilia contrarium. Hoc igitur nunc conatur dicere, qui hunc composuit aphorismū. Suspicio enim neq; hunc esse Hippocratis, ex ipsa elocutione, quae non habet eandem cum Hippocratica formā, & ex dictis ipsis, quae non æque sunt (ut ipsius authoris alia) exquisita. Cum igitur inquit, minime similia his hęc morbosiora: quis non reprehendere ipsum dicentem illa Morbosiora, pro eo quod Morbosissima? Nam uerbum Minime, cum quadam exuperatiā dicitur, & multam significat ad id quod præter naturam, euersionem. Vnumquodq; enim quod præter naturam est, quātum recessit ab eo quod secundum naturam, tantum habet prauitatem: quae igitur minime his quae secundū naturam similia sunt, his quae secundum naturā, contraria maxime, & ideo morbosissima.

## B R A S A V O L V S

**P**RIMO Galenus docet, omnia quae sunt sanis similia in toto corpore, ab Hippocrate & hic & in Prognosticis, & in omnibus suis libris iudicari bonum aliquod significare: quae uero sunt diffimilia, contrarium.

**S**E C V N D O docet, illum qui hunc aphorismum composuit (nempe non putat ab Hippoc. factum esse; nam eloquio nihil habet cum Hippocratis elocutione, & etiam dicta ista non sunt ita exquisita, ut alia Hippoc.) id conari exprimere quod dictum est.

Vbi legitur, Ex ipsa elocutione; adde particulam coniçiens: nam Græce dicitur, ης λέξει τεκμαρέψεις οὐ τὸν εἰδότην τὴν αὐτῆν τοῦτον εἰκενού. idest, ex ipsa elocutione coniçiens, quae non habet eandem cum Hippocratis formam.

**T**ERTIO ostendit, legendum esse Morbosissima, non Morbosiora. nempe legendum est νοσερά πρᾶ, non νοσερά πρᾶ: quia hęc particula minime cum quadam exuperantia dicitur, & significat multam euersionem ab eo quod est præter naturam: nam quod est præter naturam, quantū recedet ab eo quod est secundum naturam, tantam habet prauitatem. unde illa quae sunt minime similia his quae secundum naturam sunt, sunt maxime contraria illis quae secundū naturā sunt; nam νοσερά πρᾶ sunt. i. morbosissima.

## A P H O R I S M V S L X V

**E**T quibus deiectiones, si stare permiseris, & non moueris, ueluti strigmenta subsistunt: & si pauca, paucus est morbus: & si multa, multus. his confert alui purgatio, quod si alio non purgata dederis sorbitiones, quanto plures deris tanto magis nocebis.

## B R A S A V O L V S

**G**ALENVS hunc aphorismum adiectum esse iudicat: multæ enim sunt particulae, quae de alui deiectionibus ipsum loqui ostendunt, aliquæ de uescicæ excrementis uerba fecisse monent. Dicit uero, Qui deiectiones excernunt, & posteaquam excretæ sunt, stare permittis, & non moues: in uasis autem fundo strigmenta appareant: si hęc strigmenta pauca sint, paucus est morbus: & si multa sint, multus est morbus. ijs uel sint pauca, uel sint multa strigmenta, alui purgatio confert, nam si uolueris non purgata alio sorbitiones dare, hunc lædes: quia omnia in strigmenta & in prauos humores transiliunt, & quanto plures dederis sorbitiones, tanto magis nocebis.

Kαὶ οἱοι τὰ ἴπποχωρίατα οὐ ἔχοντες σύναι, οὐδὲ μὲν λινέν. idest, Et quibus subductiones si stare permiseris, & non moueris. ] Noster tamen antiquus codex in prima lectione habet

bet ἀγχωματα, idest, deiectiones, intellige si stare permiseris in uase, in quo sunt excreta.

Υπεισει τοιον ξύσματα. idest, Veluti strigmenta subsistunt, in fundo, scilicet uasis. Sunt vero strigmenta, quae à græcis ξύσματα à deradendo dicta sunt, in omni enim re ramen-  
tum, quod ex eius rasura exteritur, ξύσμα à græcis dicitur. Celsus uocat strigmenta, un-  
de & in intestinorum difficultate, quando intestina abraduntur, & exit caro, & nescio  
quid adipis, & intestinorum abrasiones à Græcis hæc ξύσματα uocantur, à latinis ramen-  
ta, & à Celsio strigmenta, de quibus in aphorismo intelligere possumus, tam in urinis,  
quam in his quæ per aluum ensciuntur.

Καὶ ἦν ὁλίγα, ὀλίγην νόσον γίνεται, ἢ πολλά, πολλά, idest, Et si pauca, paucus est mor-  
bus; & si multa, multus.] Idest, si hæc strigmenta sunt pauca, morbus non potest esse  
intensus. Si uero sint multa, multus est morbus, & intensus.

Ταύταις ξύμφρεσι θεωρεῖται τὸν κοιλιῶν, idest, His confert aliū purgatio, uel subduce-  
re altum.] Noſter antiquus codex in prima lectione habet ἐρχεθῆται.

Ἄν δὲ μὲν καθαρίσαι ποιάσθαι, οὐδέ τις τὰ ξύφηματα, idest, Quod si aliū non purgata de-  
deris sorbitiones.] Aldinus codex habet οὐδέ τις τὰ ξύφηματα βλάψεις, idest, dede-  
ris sorbitiones, lædes nam in prauum humorem omnes transibunt. Sunt uero sorbitio-  
nes cibus per modum potus acceptus.

Καὶ ὅντων αὖ πλέω δίδωσι, μᾶλλον βλάψεις, idest, Et quanto plures dederis, tanto magis  
oberis.] Nam praui humores tanto magis crescunt. Galenus uero iudicat hunc apho-  
rismum non esse ab Hippocrate factum, quia eius modum non sapit.

## G A L E N V S

P E R aluum exeuntia solet Hippocrates deiectiones, ac subductions, nominare, &  
Propterea quidam hoc loco acceperunt eius sermonem, esse de his quæ per aluum e-  
vacuantur. Verum his aduersantur uerba illa quæ in sermone proponuntur, si stare per-  
miseric, & non moueris. Hoc enim proprie conuenit humidis, atq; ideo rufus in ur-  
inis eundem accepere sermonem, Vtriq; uero diuisi, nonnulli scribunt subsistunt, non-  
nulli uero insistunt. Neutrum uero horum uerborū in urinis repugnat, quia & per ea quæ  
subsistunt, & etiam ipsis insistunt, constueimus, & presentium aliquid, & etiam futuro  
rum cognoscere. In aliū autem excrementis uerbum, insistere, cōpetit magis; neq; enim  
sicut in urinis prompta est, atq; expedita subsistentium cognitio, ita & in aliū excremen-  
tis. In urinis & enim & ipsum uas ex utro factum ostendit eorum quæ subsistunt natu-  
ram, & si in alio uase etiam continerentur, possumus id quod superfluitab abijcentes, so-  
la subsistens relinquere. In aliū autem excrementis neutrum probabile. Rufus id quod  
deinceps dicitur, ueluti strigmenta, his que per aluum excernuntur congruit, illis uero  
que quoquis modo urinæ inferuntur, siue superioris, siue inferioris, non congruit. Nam  
quædam strigmentis similia per aluum sèpius excernuntur, & ita ea non modo Hippo-  
crates sed etiam alij medici nominare confuerunt, non tam in urinis. Hic igitur tam  
nominum, quam etiam uerborum usus improprius ostenditur, suis interiectus in præ-  
senti aphorismo. Adhuc autem magis, cum dicit his conferre aliū purgationem: neq;  
enim simpliciter, neq; quoquis modo illi cuius strigmentis similia aliū excrements sunt,  
confert aliū purgare, sicuti neq; hi qui ita affecti sunt, necessario laeduntur in aliquo, si ci-  
bum acceperint. Videmus si quidem cū aliū inferioris excrements biliosa fiunt, quædam  
similia strigmentis per aluum excerni, in quibus neq; omnes laeduntur sorbitiones acci-  
pientes, neq; prius eos purgare est necessariū, si iam quidquid bilis inest fuerit euacuatū.  
Adhuc autem magis, neq; si urinis aliquid inferatur, quod sit ueluti strigmenta, purgare  
conuenit. Accedit ad hoc quod difficile est formam agnosceré, qualem esse uelit eo-  
rum quæ ueluti strigmenta inferuntur urinis. Verum qui hos aphorismos interposuerūt,  
mihi uidetur ad hunc finem fecisse, ut sermonem confunderent, tanquā enigma quod-  
dam, & ut multa indigeret inquisitione, in qua se ipsos eorum quæ dicuntur exposito-  
res constituent, apud adolescentes laudem assequerentur. Quod autem omnes obscu-  
ri sermones dant sophistis garrulitatis occasionem, sicut tibi in hoc ipso aphorismo mani-  
festum. Quidam enim eoru qui eum exposuere, aiunt non uetare Hippoc. quin dentur  
sorbitiones hoc modo affectis, sed plures sorbitiones, cū dicat: quāto plura dederis magis  
lædes; quasi & nō alij quicq; indigent sorbitonibus, nō laedantur à pluribus, uel quasi

non

non consequatur ad illum qui dicit. Quanto plura dederis, magis nocebis, putare ex paucioribus minorem fore laesionem. Verum tamen propter malum interpretationis modum sophistis datur facultas inueniendi solutiones, & magis quando licuerit addere aliquid, uel adimere, & scribendo transponere, quod in obscuris sermonibus facere consueuerunt. Statim enim in hoc aphorismo quidam ipsum exponentes, coniunctionem Et abiectes, quod alijs sequentis aphorismi fecere principium, id huius fecere finem, ut sermo ita se habeat. Si uero alio non purgata dederis sorbitonem, magis nocebis, & quibus infra cruda deiciuntur, quanto uidelicet plura dederis, magis laedes; deinde aliud initium facientes scribunt, quod ubi atra bilis inest, si plus, maior est morbus, si minus, minor. Plures uero expositores scribunt eo modo, quo sub scriptum est. Quibusunque cruda infra deiciantur, atrabilis inest, si plura maior, si pauciora, minor est morbus. Dicatum autem est antea, quod & alijs quidam sunt, licet est enim in obscuris unicuique pro arbitrio scribere, cum nulla lex sit transcriptibis posita. Saepe autem non propter obscuritatem, sed propter sermonis falsitatem coguntur aliquid addere prius inuentis, aut adimere, aut scripturam transponere; ueluti exempli gratia in hoc aphorismo, cuius uerba primi expositores aphorismorum, sicuti Herophilus Bacchius, & Heraclides, ac Zeuxis empirici, in hunc modum scripsere: Quibusunque inferius cruda deiciuntur, atrae bilis sunt, si plura, pluris, si pauciora, paucioris. Quia uero hic sermo particulare quoddam interpretatur, dictus autem est tanquam ex uniuersali, ideo prebeat dubitandi occasionem, quia id quod dicitur, quantum ad uerba attinet nullam habet questionem; cum eorum scriptor uelut ostendere quibus cruda deiciuntur, in eorum instrumentis que concoquendi uim habent, esse atram bilem ex qua refrigerata deterius concoquunt: & modum incoctionis secundum cruditatem, cui flava bilis contrariu agit, nam quae propter eam incocta remanent, fumosa sunt. Quidam uero, & hume sermonem etiam de urinis dictum arbitrantur.

## BRASAVOLVS

**P R I M O** Galenus docet, Hippocratem consuetum esse nominare ea quae per aluum exirent *καρχωγικαι την τε καὶ μέλιχωγικαι την*, id est, & subductions, & defecções: unde ali qui intellexere aphorismum in aliis defectionibus. Sed contra hos facit illa uerba; si staret permiseris, & non moueris, nam hoc proprie conuenit humidis. propter hoc aliqui intelligunt aphorismum in urinis. sed & primi, & secundi rursus distinguuntur, quia ali qui scribunt *ὑπεριστρα*, id est, subsistunt, alijs *ὑπεριστραι*, id est, superstant, sed neutrum horum uerborum urinis repugnat; nam per illa que subsistunt, & per illa que insistunt, consueimus & aliquid praesentium & aliquid futurorum cognoscere. In aliis autem excrementis uerbum insistere, aliquo modo magis competere uidetur, nam non est ita prompta in secessibus cognitione, sicuti in urinis: quia in urinis uas ipsum ex vitro factum eorum quae subsistunt naturam ostendit, & etiam si in alio uase continetur, possimus abiectentes id quod supernat sola subsistentia relinquere. In aliis autem excrementis neutrum horum probable est.

Quod legitur, utrius uero diuisi, lege utrius uero rursus diuisi, græce enim est *ἐνέργειας* & *πάλιν χωρίς*. In græco etiā alia uerba sunt, que latine recte dici non possunt, quando enim dicit, nonnulli scribunt subsistunt, nonnulli uero insistunt, græce habetur; nonnulli scribunt *ὑπεριστραι*, id est, subsistunt per *v* in prima syllaba; nonnulli uero *ὑπεριστραι*, id est, incumbunt per *e*, alterum ab *υ*, alterum ab *ῳ*, descēdit, mutata *π* tenui in *φ* aspiratam: quia *ἰσαντα* habet flatilem hoc est aspirationem.

Quod legitur, uerbum insistere competit magis, lege uerbum insistere competit aliquo modo magis, græce enim est *πολλα παλλα παλλα παλλα*, id est, incumbit uel superstat magis congruit.

Quod etiam legitur, Id quod superfluitat abiectentes, potius legerem supernat, quam superfluitat.

**S E C U N D O** quod dicitur ueluti alii strigmenta, excrementis congruit, quae per alium deiciuntur, sed illis quae quovis modo urinæ inferuntur, siue superius, siue inferius, non cōgruit: quia per alium s̄apē quædam strigmentis similia excernuntur, & eo modo & ab Hippocrate, & ab alijs medicis nominari confusa sunt, non tamen in urinis.

Tertio

**TERTIO** docet, usum improprium tam nominum quam uerborum hic ostendere, hunc aphorismum esse adiectum. Sed hoc magis ostenditur, cum dicit, his conferre alii purgationē, nam neq; simpliciter, neq; alio quoouis modo sunt purgandi illi quibus strigmenta exeunt per aliu: immo neq; hi laeduntur, qui habent in excrementis strigmenta si comedent: immo opus est comedant, & non possunt purgari. Videmus enim si alii excreta sint biliosa, aliqua tanqua strigmenta exire, & si acceperint sorbitiones omnes non laeduntur, neq; evacuari debent, si sola bilis sic evacuata. Adde, multo minus illos purgandos esse, in quorum urinis apparent strigmenta. Adde etiam, difficile esse cognoscere formam, quomodo illa esse debeat quae in urinis sunt ueluti strigmenta.

Quod legitur, Cum dicit his conferre altam purgationem, legi debet, Aliui purgatio nem, non Aliam; nam Graece est, οὐσιασθῆται τὸν καλέσει.

**QUARTO** putat, illos qui interposuere hos aphorismos id fecisse, ut sermonē con funderent, tanq; ænigma quoddam, & ut indigere ille sermo multa inquisitione; unde ipsi postea facientes suas expositiones laudem apud adolescentes assequerentur.

**QVINTO** docet, omnes obscuros sermones dare sophistis occasionē παλιογίας, id est garrulitatis, & multorum sermonum: quod probat per hunc aphorismum, nam ali qui expositores dixerunt, Hippocratem non prohibere dare sorbitiones in talibus affectibus, sed prohibet dare multas sorbitiones, cum dicat, Quanto plura dederis, magis laedes: quasi & quod illi qui indigent sorbitonibus non laedantur a pluribus, uel quasi ad id non consequatur, Quanto plura dederis, magis oberis. Sed ob malum interpretatio nis modū datur sophistis facultas inueniendi solvit, & magis quando licet aliquid addere uel adimere, & scribendo transponere, ut in sermonibus obscursis fieri consuevit.

**SEXTO** docet, aliquos statim in hoc aphorismo ipsum exponentes coniunctionem & abijcere, alijs faciunt principium sequentis aphorismi, id quod huius finem fecere: ut sit ita hic sermo, Si uero alio non purgata sorbitonem dederis, magis nocebis: & quibus infra cruda deijciuntur, quanto plura dederis, tanto magis laedes. postea aliud principium facientes dicunt, Vbi atra bilis inest, si plus, maior est morbus; si minus, minor.

**SEPTIMO** docet, plures expositores eo modo scribere quo scriptum est, Quibus cuncte cruda deijciuntur, quoniam atra bilis inest; si plura, maior; si pauciora, minor est morbus.

Quod legitur, Deinde aliud initium sumentes scribunt: Graece est, εἰπεὶ τόπος αρχής πάλιψ χάραξθη, id est, postea ab altero principio rursus scribunt. Est quidam codex, qui legit, Deinde aliter exponunt & scribunt.

Quod statim sequitur, Quod ubi atra bilis: illa particula Quod, uacat.

Vbi etiam legitur, Quibus cuncte cruda infra deijciuntur, atra bilis inest: deest particula, quoniam, legi enim debet, Quoniam atra bilis inest: nam Graece scriptum est, ὅτι χειλούς μελάνης γίνεται. Quibus cruda deijciuntur, signum est bilem atram inesse.

**OCTAVO** dicit, dictum esse, alios etiam esse qui aliter dicant; nam in obscursis unicuique pro arbitrio scribere licitum est: quia non est imposita aliqua lex transcribētibus. Sapere autem non obscuritas sermonis, sed eius falsitas cogit aliquid addere prius inuenitis, uel adimere, uel scripturam transponere. Et ne longe exempla peramus, in hoc ipso aphorismo antiqui eius interpretes, ut Herophilus, Bacchius & Heraclides ac Zeusis, qui fuere empirici, & interpretati sunt Aphorismos, hoc modo scribunt, Quibus cuncte inferius cruda deijciuntur, atra bilis sunt; si plura pluris, si pauciora paucioris.

**NONO** docet, quia hic sermo particulare quoddam dicit, tamen dictus est tanquam ex uniuersali, & ueluti sermo uniuersalis. Propterea occasionem quandam dubitandi præbet, nam id quod dicitur quantum sit ratione ipsorum uerborū nullam habet quaestionem. nempe author nihil aliud ostendere uoluit, quam id quod quibus cruda deijciuntur, in eorum instrumentis, que concoquendi uim habent, esse atram bilem, ex qua refrigeratur deterius concoquuntur: faciuntque illum incoctionis modum, qui secundum cruditatem est, quia multi humores crudi generantur: cui bilis flava contrarium agit, nam illa quae ob bilem incocta manent, λυσάσθαι, id est nidoem & grauolentiam habentia sunt. Quidam etiam sunt, qui intelligunt hunc sermonem de urinis. Tamen in Aldino codice hic ponitur, ac si sit distinctus a precedente aphorismus.

Quod legitur, Et modum incoctionis secundum cruditatem: legi debet, Et modum incoctionis agunt secundum cruditatem. Græce enim est, καὶ τρόπον ἀπειθας ιγάντα τῷ κατ' ὑμούτα.

## APHORISMVS LXVI

**E**xcretiones in febribus non intermittentibus, liuidæ, sanguineæ, biliosæ, & fetidæ, omnes mala. Cum uero bene excernuntur, bonū est, & per uentrem, & per uescicam, & ubi aliquid secedens steterit non purgatum, malum.

## BRASAVOLVS

**L**IBRO quarto, aphorismo quadragesimo septimo hunc aphorismum exposuimus; propterea non est opus in præsentiarum adamassim ea reperere quæ eodem loco dicta sunt. Sensus brevis est, In febribus non intermittentibus excretiones liuidæ, sanguineæ, biliosæ & fetidæ, omnes mala iunt, & tanto peiores, quanto peius excernuntur. Cum uero bene excernuntur, bonum est: & quia excretion per multas partes fieri posset, ideo uel per uentrem fiat, uel per uescicam, bonum. Cumq; illa quæ deberent secedere, stant in corpore, & non purgantur, malum est.

Αἱ ἀποχετευτικὲς φῦται πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλέπουσι. idest, Excretiones in febribus non intermittentibus.] Amplia uero hic excretiones ad omnia cuiusvis partis corporis excrentia.

Πελεδναὶ καὶ σφαράδεις καὶ χολώδεις καὶ συράδεις, πᾶσαι κακοί. idest, Liuidæ & cruentæ & biliosæ & fetidæ, omnes mala.] Quia significant malam affectionē uel corruptionem intrinsecam: & hoc præfertim si male excernantur.

ἀποχωρίουσαι δὲ καλῶς. idest, Cum uero bene excernuntur.] Et commode, & absq; impedimento.

ἄγαθαὶ καὶ οὐ τοιλίγη καὶ λύσιψ, idest, Bonæ & per uentrem & per uescicam.] Et etiam per alias partes.

Καὶ ὅντις ἀντι ἀποχωροῦ σὺ μὴ λεπεθαρμένον, νεκρόν. idest, Et ubi aliquid secedens stetit non purgatum, malum.] Ex his scilicet quæ secedere deberent, & non permanere in corpore, quia sunt mala. Ideo malum est si permaneant.

## GALENV

**E**T HIC aphorismus suprà scriptus est hoc modo, Excretiones in febribus non intermittentibus liuidæ, sanguineæ, fetidæ, omnes mala. Sed si bene excernitur, bonū est, & per aluum inferiorē, & per urinas. Si uero aliquid per hæc loca excernitur quod non conduceat, malū. Nos uero ipsum exposuimus in quarto horū cōmentariorū.

## BRASAVOLVS

**G**ALENVS nihil aliud facit, quam quod dicit, hunc aphorismum in quarto libro expositum esse; tamen finis aphorismi est aliquo modo diuersus: tu considera.

## APHORISMVS LXVII

**C**orpore oportet ubi quis purgare uoluerit, fluida facere: & si supra, siste aluum: si uero infra, humectare.

## BRASAVOLVS

**H**VNC aphorismum in secundo libro interpretati sumus: est uero nonus, tamen ab illo differt, quia in hoc addita est particula hæc, Et si supra, sistere aluum: si infra, humectare. Quando igitur quispiam corpora purgare uoluerit, idest medicamento purgante uti, prius debet fluida reddere corpora, idest uias præparare. & quia purgatio per uomitum, & per feces fieri potest; nam frequenter per uomitum purgabant antiqui: propterea

propterea si supra purgare uolueris, aluum sistere oportet; si uero per inferius, intestina humectanda sunt, & uia, per quas materia fluere debet.

*Τὰ σώματα χρήσεις βάλεται καθαίρεσθαι, idest, Corpora oportet, ubi quis purgare uoluerit, ] medicamento scilicet purgante.*

*Εύσος ποιέσθαι, idest, Fluida facere, uel bene fluida.] Quod est præparare uias.*

*Καὶ ἐν μὲν ἀνθρώποις, συστατέων τῷ φύλῳ, idest, Et si quidem supra sistere aliū, ] scilicet oportet, quia si aliud fluida eset, euacuatio per superius apte fieri non posset. tamen opus etiam est uentriculum ad uomitum præparare, ut Galenus in libello, quos oporteat purgare, quando, & quibus medicamentis, ostendit.*

*Ηγέρη δέ τε τὸν οὐρανόν, οὐρανοῦ, idest, Si uero infra, humectare, ] Hoc est, quando per infernas partes purgare uolueris, humecta intestina, ut materiæ facilius transcurrant, hoc autem & potionibus fit, & uictus genere.*

## G A L E N V S

**E**T huius sermonis pars prior fuit in præcedentibus scripta, non adiecto uerbo, supra, & sequentibus: quæ quispiam uolens adjicere hoc in loco, rursus scripsit aphorismum, cū expositione per quā uerbo eset. Quod autē sit altera expositio uerior, quam nos multa experientia inuestigauimus, dictum est superius in quarto cōmentariorū.

## B R A S A V O L V S

**G A L E N V S** docet, primam huius sermonis partē fuisse in præcedentibus scriptam, in nono inquam secundi aphorismo. fuit uero quispiam, qui secundam partem addere uolens, posuit etiam primam, unde hic aphorismus simul positus est cum expositione. tamen iudicat expositionem datam in secundo libro esse ueriorē, nam ipsam multa experientia inuestigauit. & quod dicit esse superius in quarto commentariorum, lege in seconde, quamvis omnes græci codices quos uiderim dicant, *τὸν τετραγωνικὸν τετραγωνικόν*. Quom *τὸν τετραγωνικὸν* sit scribendum.

**S**Omrus, uigiliae, utrāq; modum excedentia, morbus.

## B R A S A V O L V S

**H I C E S T** tertius secundi libri aphorismus, qui in hoc solum differt, quia in illius fine dicitur malum; hīc uero dicitur, morbus. Id uulgatum adagium habetur, nihil nimis. Si somnus sit præter naturam illius qui dormit, uel uigiliae, malum significatur, quia omnia extrema sunt uitiosæ. uel morbus est, quia hēc ab aliquibus intemperiebus quæ agitudines sunt, pendent.

*Υπνός, ὥχρυπνος, ὥμφοτροπα γινόμενα μᾶλον τῷ θεοντό, νῦστό, idest, Somnus, uigiliae utrāq; modum excedentia, morbus, ] Nam fiunt ob aliquam malam affectionem quæ in capite est. Intellige modum excedere, sua natura, potestq; hic excessus esse tam in excellu, quam in defectu.*

## G A L E N V S

**E**T H I C aphorismus in quibusdam exemplaribus fuit interiectus, qui prius dicitur est totus eisdem uerbis, præterquam in fine. hic enim morbus, illuc autem malum scribitur, quæ est scriptura melior.

## B R A S A V O L V S

**G A L E N V S** docet, hunc aphorismum prius fuisse dictum, & in quibusdam exemplaribus fuisse interiectum solum in uno uerbo differentē, quia ibi dicitur malū; hīc, morbus, sed melior scriptura, inquit, est dicere malum, quam morbus.

**I**N febribus non intermittentibus, si exteriora frigent, interiora uruntur, & febris habeat letale.

**N**OS hunc aphorismum libro quarto interpretati sumus, erat autem quadragesimus nonus in ordine. Si in non intermittentibus febribus exteriora frigent, & interiora calent, necesse est esse magnam inflammationē, aut uires imbecilles effectas, propterea letale signum est.

*Εν τοις μη σχλεπτοι πυρεσι. idest, In febribus non intermittentibus.]* quarum materia in uenis continetur.

*Ην τὰς Ψυχές, τὰς θερμάς νεύτρα. idest, Si exteriora frigent, interiora uero calent.]* Quod fieri non potest, nisi ad sit magna inflammatio in uisceribus, & uirium imbecillitas. Inflammatio enim illa sanguinem & spiritum ad se trahit tanquam cucurbitula & partes extremae frigidæ remanent.

*Καὶ πυρετὸς ἔχει, θαυμάσιον. idest, Et febrem habeat, letale.]* Hanc particulam iudicat Galenus, & uere, superflua. Quia si in principio dicat, in febribus non intermittentibus, cur in fine diceret, & febrem habeat? Tamen noster antiquus codex duras habet lectiones: prima est *πυρετὸς ἔχει*, quam habuit Galenus; secunda, *καὶ θαυματικόν. idest, & si* sit habeat: tuncq; hic aphorismus præcise idem est cum quadragesimo octavo quarti libri. Celsus libro secundo capite sexto de mortis indicijs agens dicit, Aut cui febre & que non quiescente exterior pars friget, interior sic calet, ut etiam sitim faciat.

## G A L E N V S

**E**T HIC aphorismus incassum scriptus est, cum melius supra dicatur, sine uerbis illis, & febris habeat. Nam cum in principio dixerit, in febribus non intermittentibus, uana rursus in fine sermonis adiectio, & febris habeat.

## B R A S A V O L V S

G A L E N V S docet, frustra adiectum esse hunc aphorismum, quoniam superius, in quarto scilicet libro, melius dictum est sine illis uerbis, Et febris habeat. Cum enim in principio huius aphorismi dictum sit, in febribus non intermittentibus, frustra additur in fine aphorismi, & febrem habeat. Tamen noster antiquus codex in secunda lectio ne habet, & sitim habeat.

## A P H O R I S M U S L X X

**I**N febre non intermittente si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruerterit, si non uideat, si non audiat, & iam debilis sit, quicquid horum fuerit, mors prope est.

## B R A S A V O L V S

**N**O S & hunc aphorismum in quarto libro interpretati sumus, est uero quadragesimus nonus, si labra, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruerterit, si non uideat, si non audiat, & debilis sit æger, quicquid horum fuerit, mors prope est. nam cito moriuntur, quia haec imbecillitatē iuncta, mortem in limine esse significant.

*Εν μη σχλεπον πυρετῷ, οὐ χειλός, οὐ φίσις, οὐ θρεπτικός, οὐ σφραγὴ. idest, In febre non* intermittentē si labrum, uel nasus, uel oculus, uel supercilium peruerterat. *] Quod fieri non potest, nisi ex magna illarum partium & cerebri siccitate.*

*Ην μη βλέπει, οὐ μη ἀκούει, οὐ δύναται λέγει. idest, Si non uiderit, si non audierit, debili existē te.]* In aphorismo quarti libri dicitur, debili existente corpore.

*Οὐδὲ τέτταρες γρήγοραι. idest, Quicquid horum fuerit.]* Tamen quanto plura sunt, tanto magis prope mortem sunt.

*Εγγὺς οὐθίνεται. idest, Mors prope est.* Nam cum haec sunt, sunt in actu moriendi. Celsus capite sexto secundi libri de indicijs mortis agens, dicit, eademq; labra, & nares, oculi & palpebrae, & supercilia, aliquaque ex his peruerteruntur, iscq; ob imbecillitatem iam non audit, aut non uideret, eadem mors denuntiatur.

## G A L E N V S

**E**T HIC aphorismus antea dictus est, his uerbis: In febre non intermittente, si labrum

labrum, aut nasus, aut oculus, aut superciliū perueritur, si non uideat, si non audiat,  
& iam debilis sit quicquid horum fuerit mors prope est.

## B R A S A V O L V S

N I H I L aliud facit in hac commentatione Galenus, quam quod resert Aphorismum  
quadragesimum nonum quarti libri, qui idem est cum isto.

**A**pituita alba, aqua intercutem superuenit.

## B R A S A V O L V S

H V I V S aphorismi apud Galenum sensus est, qui per totum corporis habitū albam  
pituitam habet, hī genus illud aquæ intercutis incident, quæ leucophlegmatia dicitur,  
quam & Anasarcam & hyposarcam uocant. Tamen nihil impedit & talem sensum huic  
aphorismo assignare: qui habent albam pituitam, idest illam hydropis speciem ita uoca-  
tam, processu temporis aquam intercutem incident, idest genus illud hydropis, quod  
ascites nuncupatur. Galeni sensum magis probo. quia illi qui hydropem carnosam inci-  
dunt, prius malum totius corporis habitum habent, & pituitę plenitudinem.

Ἐπὶ λόγια φλεγμα. idest, A pituita alba.] Quæ, scilicet per totum corpus abundet.  
Υδρωτική τοι. idest, Aqua intercus superuenit.] Et cum tres sint aquę intercutis  
species, quę sit ab alba pituita leucophlegmatia uocatur.

## G A L E N V S

**Q**VOD dicitur tale est. Quibus in uasis, & in totius corporis habitu pituita alba fue-  
rit aceruata, his aqua intercutem, quæ leucophlegmatias ab alba pituita nomen  
habet apud græcos, superuenit.

## B R A S A V O L V S

B R E V I B V S à Galeno huius aphorismi sensus exprimitur, quibus in uasis, ut in uen-  
triculo, iecore, intestinis, & in toto habitu corporis, in omnīq; etiam capillari uena alba  
pituita aceruata fuerit, his illa aquę intercutis species cōtingit, quæ à græcis à pituita al-  
ba leucophlegmatia nuncupatur.

**A**b alui profluvio, difficultas intestinorum.

## B R A S A V O L V S

C V M quis alui profluuium habet, quod diuturnum sit, intestina paulatim exeduntur,  
& fit intestinorum difficultas, & hoc præsertim si alui profluuium fuerit deiectionio sincera, hoc est bilis, uel atra bilis, uel falsa pituita, quæ sint impermixta aquosæ  
humiditatib;.

Ἐπὶ οξεῖδοι. idest, Ab alui profluvio.] Quod diarrhoeam uocant, est uero humorum  
profluuium.

Δυσηρτόδι, idest, Intestinorum difficultas.] scilicet sequitur, quando diarrhoea perdu-  
raverit, & præsertim si deiectiones sincerae sint, ut superius exposuimus

## G A L E N V S

**A**CCOMMUNI uidelicet subaudire oportet, superuenit, abrasis paulatim intesti-  
nis, deinde in profundum malo subeunte, atq; ita ulceratis. Prūs uero in aphorismō  
legitimo melior scriptura est, hoc modo. A sincera deiectione, difficultas intestino-  
rum, & nos hunc aphorismum exposuimus in quarto horum commentariorum.

## B R A S A V O L V S

P R I M O Galenus docet hoc Hippocratis dictum intelligendum esse, ut talia dicta

Cc 3 commu-

communiter intelliguntur, cum particula, scilicet superuenit. nam paulatim intestina  
abraduntur, deinde in fundum tendit exulceratio, intestinis autem exulceratis difficul-  
tas intestinorum uocatur.

Quod legitur, ablatis paulatim intestinis, græce est ξερπληγη την ψυχην αυτην ερεχν.  
idest, Abrafis paulatim intestinis.

SECUNDО docet, in legitimo aphorismo, idest in eo, à quo hic depromptus est,  
meliorē scripturam esse hoc modo, A sincera deiectione difficultas intestinorum. Post  
hac inquit, se hunc aphorismum exposuisse in quarto horum cōmentariorum. At hic  
mendosus est Galenus, & omnes grœci codices, quos uiderim. nam aliquid legūt in quar-  
to, ut Leonicenus habebat, alijs in sexto, ut noster antiquus codex, & Aldinus habent ψ  
λεπτον, tamen nec est in quarto, nec in sexto, sed est uigilimostertius aphorismus huius  
septimi libri. propterea nos hoc modo legēdum putamus ψλεπτον, idest in septimo.  
& nos hunc aphorismum exposuimus in superioribus.

## APHORISMVS LXXIII.

**A** Difficultate intestinorum, leuitas intestinorum superuenit.

## BRASAVOLVS

H V N C aphorismum partem esse aphorismi quadragesimiertij sexti libri iudicauit  
Galenus. nam cum intestinorum difficultas perseverat, iecore male affecto uel aqua in-  
tercus, uel intestinorum leuitas superuenit, leuitas inquam intestinorum intestinis debi-  
litatis, & ui concocatrice imbecilliore redditā.

Ἐπι σφραγισθη. idest, A difficultate intestinorum. ] uel post intestinū difficultatem.  
Λεγετον ὑδηγεται. idest, Leuitas intestinorum superuenit. ] quando diu persevera-  
uerit. Sed etiam potest superuenire aqua intercus, de qua tamen hic nullam men-  
tionem facit.

## GALENVS

E T H I C aphorismus est pars prius dic̄ti, per hæc uerba. Qui lienosi à difficultate  
intestinorum corrip̄iuntur, his superuenient longa difficultate intestinorum, a-  
qua intercutem superuenit, aut leuitas intestinorum, & pereunt. Nos uero ipsum expo-  
suum in sexto horum commentariorum.

## BRASAVOLVS

G A L E N V S dicit hunc aphorismum partē esse aphorismi quadragesimiertij sexti lib-  
ri, in quo habetur, qui lienosi à difficultate intestinorum corrip̄iuntur, ijs superuenien-  
te longa difficultate intestinorum, aqua intercus superuenit, aut leuitas intestinorum,  
& pereunt. hic igitur aphorismus nulla interpretatione indiget, quia in illo loco, scilicet  
in sexto libro à nobis expositus est.

## APHORISMVS LXXIIII

**A** Corruptione abscessus ossis.

## BRASAVOLVS

I N quacunq; nostri corporis parte corruptio fiat, uel in osse, uel in carne sit ossis ab-  
scessus consequitur. nam si corruptio in carne sit, & perseveret, necessariū deniq; est os  
subiectum corrumpi, & male affici, & partem illam abscedere. Si etiam corruptio in os-  
se sit, & non in carne, necesse est abscedat, & exsquametur, parsq; illa ab osse remouea-  
tur, & superinducatur noua caro.

Ἐπι σφακελισμόν (alijs codices habent ἀπό σφακελων, alijs ἀπό σφακελίσμων.) idest, A corru-  
ptione & putrefactione. ] ut superius de sphacelo uerba fecimus aphorismo quinque  
simoprimo huius libri.

annis 2008

*γνωστος οσιος*, idest, abscessus ossis, ] & exquamatione ipsius.

G A L E N V S

A C O M M U N I h̄ic quoq; subaudiendum est, superuenit. Vtrum uero ad ossis corruptionem, ipsius ossis sequatur abscessus, uel carnis circumstantis, non manifestauit. Vtruncq; autem potest esse uerum.

B R A S A V O L V S

I V D I C A T Galenus & hic subiecte dam esse particulam communem scilicet superuenit, sed an ad ossis corruptionē sequatur abscessus, uel carnis circumstantis, non est dicū ab Hippocrate: tamē nos dicemus, utruncq; uerum esse, nihil impedire, & quod ad corruptionem circumstantis carnis, & ad corruptionem ossis sequatur ossis abscessus.

Vbi legitur, Ipsius ossis sequatur abscessus, In Aldino codice, & in prima lectiōe nostri antiqui legitur *αποστολη*. In secunda uero lectiōe nostri antiqui legitur *αποστολη*.

A Sanguinis uomitu, tabes, & puris purgatio supra.

B R A S A V O L V S

I N Leoniceni paſſim impressis codicibus haec uerba, quae præscripta sunt, Hippocratis aphorismum esse conſtat, tamen in Græcis omnibus codicibus multa alia adiungunt uerba, quae à Leoniceno in Galeni commentary posita sunt. hic enim est secundum Græcam ueritatem aphorismus, ὁμοίως εὐτὸν φθειρά το πύνελαρος αὐτῷ, ὁμοίως φθειρά τον κεφαλήν, ὁμοίως φθειρά διάβροχα, ὁμοίως φθειρά, χέος τον αὐτῷ νεθερως, ὁμοίως φθειρά, βάντος, idest, à sanguinis uomitu phthisis, & puris purgatio supra, à phthisi fluxus ex capite, à fluxu alii profluuium, ab alii profluuiio, adſtrictio purgationis ſuperioris, ab adſtrictione mors. Ex his uide potes, in Leoniceni aphorismo multa deſſe, tamen ſi principium commentary Galeni perlegeris, haec omnia in illo contineri percepies. Forte in Leoniceni codice ita scriptum erat, ut illa uerba eſſent commen-tationi coniuncta, & non aphorismo. Illa igitur uerba, Aphorismo coniungas, & commentary principiū hoc facias. In pluribus exemplaribus, & apud plures expoſitores, & reliqua. Eſt ergo hic Hippocratis ſensus, poſt sanguinis uomitu phthisim ſequi, quod ſimpliciter uerum non eſt, nam sanguinis uomitus fieri potest ex sanguinis redundantia à iecore, uel liene ad uentriculum, propterea opus eſt intelligere, quod per uomitum uelit sanguinem ex pectoris cauitate exeuntem, & qui à capite deſtillet, niſi fuerit uena in pectore diſrupta, aut exēſa. Sanguis enim, qui à capite deſtillat, potest & in uentriculum, & in pectus deſcendere. Si una pars ad uentriculum tendat, uomitum faciet, ſi deinde alia pars ad pectus meet, pulmonis exulcerationē facere niſil impedit, & tabē: deinde puris expuſio conſequitur, & per ſuperiora, idest, per os purgatio. Poſt haec tamē ordinem facit Hippocrates, à tabe ſequitur ex capite defluxio, quod intelligi potest de capillorum profluuiuſ tabem ſequente, quando hi qui affecti prope mortem accedunt: & etiam de materierum defluxu à capite intelligi potest, & cum haec materia ad uentriculum tranſeant per iſtēſina, alii profluuium inducunt, cum uero alii profluuium fit, purgatio, quae per ſputum erat, adſtriguntur. At cum in tabe haec purgatio cefat, breui mors ſequitur. Si quis modum procedendi huius aphorismi recte conſideret, ſtatiuſ intelliget ab Hippocratis inceſſu aberrare, ſed & ipſum unum eſſe ex adiunctis.

G A L E N V S.

I N T A B E flufio ex capite, in flufione alii profluuium, in alii profluuiio adſtrictio purgationis ſuperioris, in adſtrictione mors. In pluribus exemplaribus, & apud plures expoſitores ſcriptum eſt, In sanguinis uomitu corrugatio. In quibusdam tamen exemplaribus haec habetur ſcriptura, In uomitu sanguinis, tabes. Videntur autem & haec ex pluribus Hippocraticis enuntiationibus fuſſe collecta, & corrupte composita, ab illis præcipue aphorismis: In ſputo sanguinis puris, & fluxus, cum uero ſputum retinetur moriuntur.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, In pluribus exemplaribus apud uarios expositores scriptum esse. In sanguinis uomitu corruptio. In alijs uero exemplaribus habetur, In uomitu sanguinis tabes.

SECUNDО docet, haec quae in hoc aphorismo dicuntur, esse collecta ex pluribus Hippocratis enuntiationibus, & corrupte etiam esse composita. Sunt uero decerpta ex illis aphorismis. A sputo sanguinis puris sputum, & fluxus, cum uero retinetur, moriuntur.

Quod legitur, In sputo sanguinis puris & fluxus, lege in sputo sanguinis puris sputum & fluxus. nam Grece est ὁμοίας πνεύσις, πνεύσις, καὶ ἔντοσις. In exputatione sanguinis, puris exputatio, & fluxus.

## APHORISMVS LXXVI

**Q**Valia fuerint uescicæ, aut alii excrementa, & ex carnibus, & sicubi alibi à natura corpus exierit, si parum, paucus est morbus: si multū, multus: si ualde multum, letale est.

## BRASAVOLVS

DILEGENS medicus omnia contemplari debet quæ circa ægrum contingunt, & præcipue excrementa. At quia excrementa per uescicam, per aluum, per sudorem, per os, per nares, per aures, per oculos exirent: propterea hæc omnia diligenter considereret. nam si pauca sint quæ excernuntur, & parum affecta, paucus est morbus. Si multa, & multum affecta, multus & uehemens est morbus; si ualde multa sint, & ualde affecta, lethale est.

έποια τοῦ ποῖος οὐτὸς τὰς κύστις, οὐδὲ τοῦ ποῖος οὐτὸς τὰς κοιλίας ὑποχωρήματα. idest, Qualia fuerint & in his quæ per uescicam, & in his quæ per aluum excremata. ] idest, Quam habuerint qualitatem, & quanto ipsa abundauerint.

Καὶ τοῖς οὐτὸς τὰς σάρκας. idest, & in his quæ per carnes, ] ut sint sudores. οὐδὲ οὐ πη ἀλλα τῆς φύσιος ἐκβαίνει τὸ σῶμα. idest, & sicubi alibi à natura corpus exierit, ] scilicet uel per nares, uel per palatum, uel per aures, uel per oculos, uel per uterum, uel per haemorrhoidas.

ἢ τὴν διάρρηκα, διάρρηκαν νόσον γίγνεται. idest, Si parū, paucus est morbus. ] hoc est si id quod exit, sit parum, & paucam habeat affectionem, malum, nam posset esse parum, & pessime affectum.

ἢ τὸ πολὺ δέ, πολύ. idest, Si multum, multus, ] scilicet est morbus. οὐ πάντα πολύ, θανάσιμον τὸ ποιῶντα. idest, Si ualde multum, tale lethale est. ] Intellige vero ualde multum & in qualitate, & in quantitate. In quantitate, quo ad molem; in qualitate, quo ad malitiam.

## GALENVS

**H**IC ultimus aphorismus in multis exemplaribus scriptus est, in quibusdam uero, & alijs adiecti sunt, apparati eodem modo quo & illi omnes quos decurrimus ex legitimis existentes, adeo quod nonnulli eisdem uerbis scribuntur, nonnulli parum uariantes, nonnulli parua facta adiectione, similes sunt his quos scripsit Hippocrates. Quare nos neq; ipsos duximus adiectios, nam neq; hic statim propositus aliquid plus nobis ostendit his quæ saepius Hippocrates manifestauit. Sed & modus interpretandi, hanc quamvis Hippocrati conuenit, nam qualia uescicæ fuerint, aut alii excrementa, redditione indigent. Summa tamen ut dixi uera est, nam si paruuus sit à natura exitus in qua uis parte, minorem morbum, si uero plus maiorem, si uero admodum multus sit à natura recessus, mortalem debemus morbum iudicare.

## BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, hunc ultimum aphorismum in multis exemplaribus esse scriptum. In alijs autem exemplaribus alios multos aphorismos esse adiunctos. Immobnos non uidimus aliqua Græca Hippocratis exemplaria, in quibus non sint multi alijs aphorismi

aphorismi, quorum nos statim mentionem faciemus in alio libro, quem octauū Aphorismorum librum nuncupabimus. At Galenus aphorismos illos commētari despexit. quoniam, inquit, eodem modo apparati sunt, quo & illi legitimi à nobis interpretati. nam aliqui eiusdem uerbis scribuntur, alijs parum uariantes, alijs parua facta adiectione similes sunt illis, quos scripsit Hippocrates, ob id Galenus iudicat non esse adiiciendos.

Quod legitur, Quos decurrimus, Græce est, ἀπελαύθησεν.

Quod statim sequitur, ex legitimis existentes, in nostro antiquo codice duæ sunt legiones, prima eadem est cum illa Leonicen, scilicet ἐκ τῶν γνωστῶν ὄντων: secunda est, ἐκ τῶν γνωστῶν οὐ τῶν, idest, ex legitimis sic. Sed Aldinus codex utrasq; particulas ponit hoc modo, ἐκ τῶν γνωστῶν ὄντων τῶν, idest, ex legitimis sic existentes.

**S E C U N D O** docet, neq; aphorismum, quem interpretandum suscepimus, aliquid plus dicere, quam alias ab Hippocrate ostensum sit.

**T E R T I O** ostendit, modum interpretandi huius aphorismi Hippocrati non conuenire, nam opus est explanare qualia fuerint alii, & uescæ excrementa. Tamen aphorismi summa est uera, que talis est: si exitus à natura in quauis parte sit paruu, morbus minor est: si uero admodum multus sit à natura recessus, morbus est letalis. Tu intellige errorem esse in quantitate atque qualitate.

Quod legitur, Si uero plus maiorem, legendum est maior, ut correspondeat particula paruu, nam Græce dicitur, ἡγέρει πλεον, πολὺς χωρὶς πάρεγγει.

L I B R I   S E P T I M I  
F I N I S

# AD MAGNIFICVM COMITEM NIC=

L A V M T A S S O N V M E S T E N S E M A N T O N I V S

M U S A B R A S A V O L V S



MNES ferè qui nostri huius libri, Magnifice Comes, inscriptionem legunt, non sine causa admirantur, & intra se missitāt, cur ego septem librorum interpretationem pollicitus, octo nunc praestem: & quomo do nunc prodeant octo aphorismorum libri, uel sectiones, cum hac te nus septem extiterint, & non plures: immo & Galenus integer Hippocratis interpres solas septē lectiones interpretatus sit, & nullos alios esse Hippocratis aphorismos asseruerit ab his quos interpretatus est. Verum hi ex tam leui inscriptionis lectione, in admirationem uerti non debent, nisi librum ipsum perle gerint. Quod si fecerint, statim deprehendēt, hunc octauum librum Hippocratis aphorismis suum numerum non auferre. Nempe uerorum Hippocratis aphorismorum septem solum sunt libri. Nos uero in octauo aphorismos illos reieccimus, atque exposuimus, quos interpretando prætermiserat Galenus, quoniam ab Hippocrate non editos, neque in ordinem collectos putaret. Immo ferè perierant. Nos igitur ne deinceps perire possint, uel Hippocratis sint, (quod tamen non putamus) uel alterius, eos ita diligimus, ut uides, neq; nobis graue erit, etiam si suppositiō parti nati sint, eos referre, ut eorum sententias euitare possimus, si quandoq; tanquam ab Hippocrate dicti in disputationem adducentur. Prius igitur octauum librum legant, quam insolitam inscriptionem admirentur. At cum nouerim te, Comes Magnifice, esse nouarum rerum sedulum inquisitorem, statuimus hoc opus noua fœtura, apud me natum, in cuius nominis decus emittere: quod & si breve ac exile, idem tamen nouum est, & nunquam prius in hunc ordinem redactum. Accipe igitur munusculum ab amici & tui amantissimi manu traditum: quod si pro tua consuetudine serena ista fronte excepéris, magnas mihi facies admouebis, ut in cuius gratiam in posterum maiora ac meliora communiscar. Vale.